



Specimen historico-ethico-theologicum de Diderico Volckertsen Coornhert, scriptore ethico

<https://hdl.handle.net/1874/298657>

SPECIMEN HISTORICO-ETHICO-THEOLOGICUM.

STRENGTH HISTORIC ETHIC THEOLOGICAL

DIBERICO VOLKERTZEN GOORNBOUT

STRENGTH ETHIC

STRENGTH ETHIC ET HISTORIC THEOLOGICAL

STRENGTH ETHIC

STRENGTH ETHIC

STRENGTH ETHIC

STRENGTH ETHIC

STRENGTH ETHIC

STRENGTH ETHIC

STRENGTH ETHIC

STRENGTH ETHIC

STRENGTH ETHIC

STRENGTH ETHIC

STRENGTH ETHIC

STRENGTH ETHIC

STRENGTH ETHIC

STRENGTH ETHIC

STRENGTH ETHIC

STRENGTH ETHIC

STRENGTH ETHIC

SPECIMEN HISTORICO-ETHICO-THEOLOGICUM

DE

DIDERICO VOLCKERTSEN COORNHERT,

SCRIPTORE ETHICO.

PARS PRIOR INTROITUM ET BIOGRAPHIAM EXHIBENS.

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GEORGII GUILIELMI VREEDE

JUR. ROM. ET HOB. DOCT. ET PROF. ORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS THEOLOGICAE DECRETO,

Do ro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

THEOLOGIA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JANUS TEN BRINK,

Appingadamonensis.

A. D. XII. M. JUNII, ANNI MDCCCLX, HORA I.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD POST UITERWEER & SOC.
MDCCCLX.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

100 ST. GEORGE STREET

TORONTO, CANADA

1900

100 ST. GEORGE STREET

TORONTO, CANADA

1900

100 ST. GEORGE STREET

TORONTO, CANADA

1900

100 ST. GEORGE STREET

TORONTO, CANADA

1900

100 ST. GEORGE STREET

Ex officina typographica J. G. ANDRIESEN.

PATRI CARISSIMO, AESTUMATISSIMO

SACRUM.



The first part of the book is devoted to a general
 history of the country, from the earliest times
 to the present day. It is written in a clear and
 concise style, and is well illustrated with
 maps and engravings. The second part of the
 book is devoted to a description of the
 principal cities and towns, and the
 principal occupations of the country. It is
 written in a similar style to the first part,
 and is also well illustrated. The third part
 of the book is devoted to a description of the
 principal rivers and lakes, and the principal
 mountains and hills. It is written in a similar
 style to the first two parts, and is also well
 illustrated. The fourth part of the book is
 devoted to a description of the principal
 minerals and metals, and the principal
 manufactures of the country. It is written in
 a similar style to the first three parts, and
 is also well illustrated. The fifth part of
 the book is devoted to a description of the
 principal products of the country, and the
 principal exports and imports. It is written in
 a similar style to the first four parts, and
 is also well illustrated. The sixth part of
 the book is devoted to a description of the
 principal institutions of the country, and the
 principal laws and customs. It is written in
 a similar style to the first five parts, and
 is also well illustrated. The seventh part
 of the book is devoted to a description of the
 principal climate and seasons, and the
 principal diseases and epidemics. It is written
 in a similar style to the first six parts, and
 is also well illustrated. The eighth part of
 the book is devoted to a description of the
 principal population and statistics, and the
 principal education and literature. It is written
 in a similar style to the first seven parts, and
 is also well illustrated. The ninth part of
 the book is devoted to a description of the
 principal religion and sects, and the
 principal churches and synagogues. It is written
 in a similar style to the first eight parts, and
 is also well illustrated. The tenth part of
 the book is devoted to a description of the
 principal arts and sciences, and the
 principal inventions and discoveries. It is written
 in a similar style to the first nine parts, and
 is also well illustrated. The eleventh part
 of the book is devoted to a description of the
 principal military and naval forces, and the
 principal wars and battles. It is written in a
 similar style to the first ten parts, and is
 also well illustrated. The twelfth part of
 the book is devoted to a description of the
 principal political and social institutions, and
 the principal laws and customs. It is written
 in a similar style to the first eleven parts, and
 is also well illustrated. The thirteenth part
 of the book is devoted to a description of the
 principal geographical features, and the
 principal mountains and hills. It is written in
 a similar style to the first twelve parts, and
 is also well illustrated. The fourteenth part
 of the book is devoted to a description of the
 principal rivers and lakes, and the principal
 mountains and hills. It is written in a similar
 style to the first thirteen parts, and is also
 well illustrated. The fifteenth part of the
 book is devoted to a description of the
 principal minerals and metals, and the
 principal manufactures of the country. It is
 written in a similar style to the first
 fourteen parts, and is also well illustrated.



Huius Speciminis lectori hoc unum dixisse sufficiat: pagellis imperfectis, quae ipsi offeruntur, ignoscat. Quodsi hisce lectis modo aliqua eum ceperit Diderici Coornhertii admiratio, enixe eum rogatum velim, ut reliqua mea Studia de ethicis eius commentationibus, quae mihi quidem non nullius momenti videntur, adeat; ea nunc eduntur hoc titulo: Dirck Volckertsen Coornhert en zijne Wellevenskunst. Historiesch-Ethische Studie. Amsterdam. Gebr. Binger. 1860.

Cum in eo sim, ut erga omnes, qui me in Academia Trajectina versantem sibi obstrinaerunt, gratum testificer animum, impellit me sensus animi gravis et intimus, ut Te appellem, pater carissime! qui me ad haec studia academica ita institutione Tua formasti, ut iam mature Tecum artium et doctrinarum amore flagravem, quo cum fructu hic operam

litteris navare possem. Te duce et interprete primam summa antiquitatis ingenia cognovi, Te per quinquennii, imo per totius pueritiae curriculum docente intellexi primum, quid esset et quam honorificum studiosi nomen generosum et grave gerere. Sint igitur Tibi et hae paginae et quicquid in posterum conscribere mihi licuerit testimonia quantulacunque gratiae Tibi debitae pro eo quo animum meum tempestive imbuisi pulcri, veri, bonique studio.

Etsi me, in studium artium propaedeuticarum prodeuntem, praeceptorum utilitate et praestantia Tibi devineras V. Cl. KARSTEN! tanta benevolentia et humanitate posterioribus quoque annis me domi Tuae recepisti, ut in laetissimorum illorum dierum memoriam nunquam non gratus sim rediturus.

Brevi tantum temporis spatio Tua consuetudine uti mihi contigit V. Cl. BRILL! vel sic tamen gratissima mihi dedisti jucundae comitatis et amicitiae documenta, quibus me Tibi in perpetuum obligasti.

V. Cl. OPZOOMER! praeceptor aestimatissime, dilectissime! exquisitorum verborum copia aequae inepta Tibi videretur, atque mihi deesset facultas eam expromendi, postquam Tuam nomen cum fidelissima gratia pronunciavi. Per sex annos lectiones Tuas audivi, neque ulla hora praeterlapsa est, quin

denio me Tibi obstrictum sentirem. Domestica insuper consuetudine Tua me dignum habuisti; quodsi multa fuerunt in curriculo meo academico temporis momenta, in quorum memoriam redire me iuvat, omnium pretiosissima fuerunt, quae mihi apud Te ad familiarem Tecum colloctionem dedisti.

Ad finem quum pervenerim studiorum theologicorum in hac academia jucundum mihi est officium Vobis, Viri Cl., plurimum Venerandi, BOUMAN et VINKE! gratias agere pro eximia benevolentia et benignitate, qua me semper prosecuti estis. Magnus adhuc Vobis donetur numerus dierum ad multa magnaue negotia sustinenda, ad studia Vestra ampla et gravissima continuanda.

Animi quoque sententia me jubet Tibi, Promotor aestimatissime, Vir plurimum Venerande, TER HAAR! significare officii gratam memoriam, quae per omne quod in hac academia transegi tempus singulis annis crevit. Adstricto mihi iamdudum ingenua facilitate et honorifica benevolentia, quibus Tu me semper movisti et tenuisti, nunc imprimis idonea est opportunitas meritam Tibi gratiam publice persolvendi pro multis magnisque officiis mihi his diebus praestitis.

Inter familiares meos academicos nemo est, quocum postremo hoc anno pluribus de doctrina et litteris egerim, quam

Tecum, Venerande M. D. DE BRUYN! Quodsi in posterum cogitatio et memoria mei Tuam mentem subitura sit, simul me saepius magna cum voluptate suavissimos tuos sermones recordantem tibi proponas velim.

Valete amici! quotquot mecum studiosi nobile nomen gessistis, meique; si olium est, interdum mementote. Fortasse hoc Vobis dicere non opus est, amici aestimatissimi VAN GEUNS, WERNDLY et PLEYTE, quos honoris causa hic nomino. Vos nobili Vestro pulcri purique studio, urbanitate sermonum atque amicitiae constantia effecistis, ut studiorum meorum et meditationum tempora praesenti semper memoria sim repetiturus. Quapropter Vobis hic magnae gratiae agantur ab illo, qui Vos aliquantum temporis relicturus est, non nisi magno dolore et desiderio suavissimi utilissimique Vestri consortii!

ERRATA.

- p. 7 notae l. 10: antant, legas: *antant*.
 „ 17 l. 9: quaque, „ *cunque*.
 „ 23 i. n. Spriegel, „ *Spiegel*.
 „ 36 not. 13) excidit vox *documentum* ante *dedit*.
 „ 43 „ 23) scipto, legas: *scripto*.

INTROITUS.

I.

Reformatio sua natura atque origine erat democratica. Rejecta enim auctoritate illa, quam per longam seculorum seriem in omnium animos hierarchia exercuerat, pro omnium et singulorum libertate in rebus ad fidem religiosam pertinentibus, pro libertate conscientiae intercedebat; singulis hominibus liberam Sacrae Scripturae gravissimarumque rerum explorationem vindicabat. Et sane vera et germana vis Protestantismi in ipsius hominis sublimiori vita et libertate sita est.

Reformatio igitur, quamquam initio negative agens, omni auctoritati, ad fidem religiosam hominibus obtrudendam adhibitae, repugnabat, et cuivis liberam conservatura veri inquisitionem, democraticam sane credendi formam spectare videbatur: positivo tamen fidei fundamento seculum illud decimum sextum indigebat; in infinita paene opinionum discrepantia unitate

opus erat; denique paucis militibus honorariis decer-
tandum erat cum luculentissimis legionibus decem
seculorum disciplina exercitatis. Dimicantes itaque certo
quodam quasi symbolo egebant.

Quae quum viderent quadrati illi viri Martinus
Lutherus et Johannes Calvinus, ecclesiasticam seculi
illius pietatem et disciplinam tuentes, aristocra-
ticam magis formam respicere coacti sunt. Reforma-
tores omnes in hoc conspirabant fundamento formali:
uni Sacrae Scripturae competere in rebus religiosis
auctoritatem. Hinc Lutherus petiit fundamentum suum
materiale, positum in culpae absolute per fidem;
Calvinus vero aliud collocavit fundamentum in unius
Dei decreto summo atque individuo: in universo
itaque principio parum inter se constabant. Sed opini-
onum variarum summa quaedam conficienda erat, ad
pauca quaedam principia referendae erant diversissimae
sententiae; constricta Fidei Confessio juxta Biblia erat
collocanda; ipsorum denique protestantium turba ad certum
quendam numerum societatum sive congregationum,
parvarum magnarumve, cogenda et copulanda erat,
quae omnes unitate confessionis conjunctae, omnes a
paucis gubernatae presbyteris et verbi divini ministris
primam referre debebant vetustissimae Christianae soci-
etatis formam ac faciem.

Vel sic tamen minime servabatur protestantium unitas. Alii catechismum Heidelbergensem, Augsburgensem alii sequebantur; aliud Vitebergae, aliud Genevae placuit. Praeterea Reformato-ribus penitus persuasum erat, se solos totam solidamque veritatem consecutos esse, contra quam nec tormenta neque ignes quidque valerent. Quae nisi fuisset vel omnibus protestantibus intima ac firma persuasio, primos suos triumphos non reportasset Reformatio. Sed in hoc ipso periculum inerat. Qui se solum retinere veritatem putat, alienam diversamque opinionem omnem impugnat tamquam errorem perniciosum. Itaque Protestantismus a libertate recte incipiens in intolerantiam delabi debuit.

II.

Intolerantiae autem soror gemina persecutio.

Quibus quidem vitiis duo illi magni reformatores alter alterum tanquam superare videbantur. Quam magnus Wormaciae fuit Lutherus, quam parvus Marpurgi; quam acriter et audacter post Marpurgensem sermonem de Zwinglio ¹ judicaverit, epistolae eius tes-

1) Lutherus scripsit die 4 Octobris a. 1530: „Denuntiatum est tuis (Zwinglianis), nisi et hunc articulum rejiciant, caritate quidem

tantur ². Quam inhumanus, quam immanis erga Servetum Calvinus! Jam adventante Serveto ad Farellium suum scripsit: „Si venerit, modo valeat mea auctoritas, vivum exire non patiar“ ³. Plenae sunt eius epistolae Gallicae ⁴ adhortationum ad haereticos debellandos, delendos. ⁵

nostra posse eos uti, sed in fratrum et Christi membrorum numero a nobis censi non posse: ita ut fratres quidem non essent, sed tamen caritate nostra, quae etiam hosti debetur, non spoliarentur.“ *Epistolarum* 1217 ex edit. de Wettii. Tom. IV. p. 26.

2) In litteris Germanicis exclamationes offendimus istas: „Nein lieber Mann mir nichts des Friedens und Einigkeit, darüber man Gottes Wort verleumt, denn damit wäre schon das ewige Leben und alles verloren.“ Alio loco: „Mir ist erschrecklich zu hören, dass in einrelei Kirchen ein Theil sollte glauben, es empfahe eitel Brot und Wein, das andere Theil aber glauben, es empfahe den wahren Leib und Blut Christi. Denn Türken und Iuden sind viel besser, die unser Sacrament läugnen und frei bekennen, denn damit bleiben wir unbetrogen von ihnen, aber diese Gesellen müssten der rechten hohen Erzteufel seyn. Darum wer solche Prediger hat, der sey gewarnet für ihnen als für den leibhaftigen Teufel selbst.“

Satis superque notum est illud, quo a. 1544 invehit in Helvetiorum: „eingeteufelten, durchteufelten, überteufelten, lästerlichen Lügenmaul.“

3) Affertur hoc ab ERNESTO RENAN, *Études d'histoire religieuse* III. Ed. (1858) p. 346, et a Cl. B. TER HAAR. *Gesch. der Kerkherv.* (1854.) p. 228, in annotat. II.

4) Editae a JULIO BONNETO duobus voll. et ab ERNESTO RENAN, l. I. in opusculo plane praecelaro laudatae.

5) Exempli gratia in epistola ad Eduardum VI scribit Calvinus: „A ce que j'entends Monseigneur, vous avez deux espèces de mutins qui se sont eslevez contre le roy et l'estat du royaume: les uns

Ardor iste nimius a magno ecclesiae Reformatae conditore in omnem mox ecclesiam transiit. Cranmerus archiepiscopus Anglus et Johannam Boucheriam de sacra coena dissentientem et perfugam quendam ex Neerlandia arianismi nomine comburi iussit ⁶. Gravius etiam vexati sunt et suppliciis affecti Catholici. Eduardus VI rex Britanniae sorori suae Mariae concedere noluit, ut private missam in aedícula sua celebraret; ⁷ Johannes Knoxius in Scotiae regina Maria Stuarda hoc ipsum

sont fantastiques, qui sous couleur de l'Évangile voudraient mettre tout en confusion; les autres sont gens obstinés aux superstitions de l'Antéchrist de Rome. Tous ensemble méritent bien d'être réprimés par le glaive qui vous est commis, veu qu'ils s'attachent non seulement au roy, mais à Dieu qui l' a assis au siège royal, et vous a commis la protection tant de sa personne comme de sa majesté." Afferuntur illa a RENAN, p. 345. — „Sachant en partie quel homme c'était" — scribit de ignoto homine — „j'eusse voulu qu'il fust pourry en quelque fosse, si c'eût été à mon souhait, et sa venue me réjouit autant comme qui m'eust navré le cœur d'un poignart. . . . Et vous assure, s'il ne fust si tost eschappé, que, pour m'acquitter de mon devoir, il n'eust pas tenu à moy qu'il ne fust passé par le feu." RENAN. l. l. p. 346.

6) Apud HENRICUM HALLAM, *The Constitutional History of England*, (VII. Ed. Lond. 1854) Vol. I. p. 96 in nota legitur: „When Joan Boucher was condemned she said to her judges: „It was not long ago since you burned Anne Askew for a piece of bread, and yet came yourselves soon after to believe and profess the same doctrine for which you burned her; and now you will needs burn me for a piece of flesh, and in the end you will come to believe this also, when you have read the Scriptures and understand them.”

7) HALLAM. l. l. p. 95.

importunius esse judicavit malum, quam si decem hostium millia ad oram Scotiae appellerent ad religionem Reformatam exstinguendam ⁸. Elisabethi inquisitio, ducibus Cecilio et Drakio, ducentos et amplius Romano-Catholicos saevissimis cruciatibus enecavit ⁹. Et quamquam Catholici in Provinciis Foederatis numquam publice exagitati sunt, miserae tamen ipsorum querelae ¹⁰ tristem eorum

8) HALLAM. I. I. p. 140, in nota *w*.

9) HALLAM. I. I. p. 163, in nota *q* hac de re scribit: „Dr. Lingard says of those who were executed between 1588 and the queen's death: „the butchery, with a few exceptions, was performed on the victim while he was in full possession of his senses.“ „I should be glad to think that the few exceptions were the other way. Much would depend on the humanity of the sheriff, which one might hope to be stronger in an English gentleman than his zeal against popery. But I cannot help acknowledging that there is reason to believe the disgusting cruelties of the legal sentence to have been frequently inflicted. Lord Bacon, in his observations on a libel written against lord Burleigh in 1592, does not deny the „bowellings“ of catholics; but makes a sort of apology for it, as „less cruel than the wheel of fornication or even simple burning.“

10) V. Doct. R. FRUIN in opusculo suo: *Tien jaren uit den 80jarigen oorlog*. (In Programmate gymnasii Leidensis 1857.58) partem protulit rarissimi libelli, cui titulo est: *Beclach van een treffelijke persone, beminder van de welvaart en de ruste des gemeenen vaderlands over de tyrannie ende geweld der Gener. Staten van de Vereenig. Ned. eett.*, in quo a Catholico quodam jure merito et „gants niet overdreven“ haec deplorantur: „Wij zien dagelijks hoe menige katholijk er sterft, wiens weezen terstond, bij gebrek aan goed onderwijs van kettters verleid worden; en ziende op onze eigene kinderen, hebben wij dag en nacht grootelijks te vreezen, dat als

conditionem satis indicarent, etiamsi nefariam caedem Patris Cornelii Musii ¹¹, senis septuaginta duorum annorum, a fera illa bellua Lumejo perpetrata, recensere non possent.

Facta eiusmodi quamquam plane illorum temporum ingenium et mores produnt, numquam tamen oblivione praetermittendum est, in iisdem illis Provinciis Foederatis primo aliquem locum invenisse tolerantiam, quae, nonnullis licet factis repulsa ¹², et necessitate tem-

wij het hoofd eens neergelegd zullen hebben, onze kinderen en kindskinderen zullen doen gelijk vele anderen, afvallen van de katholieke religie en zich zelve met hunne nakomelingen eeuwiglijk verdoemen. Is dit vrijheid van godsdiensdienst en consciëntie? " "

11) „Een man“ — ait BRANDT, *Historie der Reformatie* (Amstel. 1677.) p. 31 — „van meer dan middelbaere geleerdheit, Poëtischen geest, soetelyken omgang (en) fonder opspraak van bitterheit; sulks hy selfs den Prinse van Oranje seer aengenaem was; te meer, omdat hy voor deesen eenighe versacmelinge van penningen tot de gemeene sacken, tegens den Spanjaerd had helpen doen.“

12) Apparet in ceteris v. g. ex: „Accoort van den Leydschen Magistraet met die van der nieuwe Religie“ confirmatum die 20 Januar. 1566, ubi legitur: „dat die van de Gereformeerde Religie alle secten en Herefien fallen helpen beletten en afweren, en den Magistraet daartoe doen alle assistentie voor sooveel in henlyden en elcks van hen sal sijn en elk na sijn qualitie.“ Vid. Bor. *Oorspronck*, cett. (Amst. 1679.) Lib. II. f. 107.

Alio praeterea l. scribit BOR. (Lib III. fol. 142): „dat tot Antwerpen gekomen sijn (1576) Matthias Flaccus Illyricus, Spangenberg en andere Duitsehe kerkendienaers van de Angsburghe confessie, dewelcke beroepen hebbende de Predicanten der Gereformeerde Religie, om te disputeeren van den twistighen artykel

porum jussa, raro tamen exemplo fuit, deinde vero initio seculi decimi septimi plane evanuit. In primo enim libero conventu Ordinum Hollandiae, Dordraci die 15 Junii a. 1572 habito, Marnix Aldegondius Arausiaci nomine significavit opus esse: „dat er vryheydt van Religie sou gehouden worden, soo wel der Gereformeerde als der Roomsche: dat een iegelijk in 't syne in 't openbaer, in Kercken of Kapellen, soo 't gevoegelykft by d' Overheit sou geschickt worden, vrye oeffening der selver sou gebruiken, sonder dat er iemant belet, hinder of moeyenis sou gedaen worden, ende dat de geestelike perfoonen in hunne staeten vry en onbekommert souden blyven.“¹³ Quamvis autem Praepotentes Ordines annuerent, iam sequenti anno revocare decretum coacti sunt et liberum cultus exercitium Romano-Catholicis interdicere.¹⁴

van de tegenwoordigheydt des lichaems Christi in den Heiligen Avondmaal, is daer een grote disputatie gevallen: dan daer is niet en uytgerecht, beide partyen hebben haer bekentenisse des geloofs in druk laten uytgaen en het misverstandt van desen hangt als noch tusschen hen luyden, sulcks dat d' een d' ander daerom seer schelden en lasteren.

13) BRANDT, l. I. p. 532; V. Doet^s. R. FRUIN idem narrat secundum: *Nederlandsch Rijksarchief* (l. p. 41) l. I. II. p. 152.

14) „De Staten deden het waarschijnlijk tegen hun wensch, zeker tegen het verlangen van Prins Willem. Ook hadden zij in den nood van het land een beweegreden en een verontschuldiging, die aan latere wetgevers ontbroken heeft. Maar treurig heeft het voorbeeld,

Acerbe enim de fide certare, non tolerare dissidentes, hos persequi, armis de vera fide decertare, secundum naturam erat seculorum illorum decimi sexti et septimi. A quaque parte stabant viri acres, pertinaces, ferrei. Luthcrani Zwinglii asseclis male dicebant, Zwingliani Teleobaptistas insectabantur, Reformati cunctos condemnabant, ad illos tantum sese applicantes, ubi conjunctis viribus depugnandum erat

dat zij stelden gewerkt; twee eeuwen lang zijn de Nederlandsche Katholieken dien ten gevolge van hunne regten verstoken gebleven. Toen de Staten in 1575 de hooge Overheid aan Prins Willem opdroegen, verderden zij van hem, dat hij de Gereformeerde religie handhaven, de oefening der Roomsche wren zou; gelukkig voegden zij er bij, dat er niemand om zijn geloof vervolgd mogt worden." *FRUIN. I. I. II. p. 157.*

Neerlandorum animos initio ab inquisitione omnis generis recte fuisse aversos probant verba memoratu digna Sebastiani Centen, commentatoris Vcliani operis: *Chronyk van Hoorn* (1740. p. 342,345) post descriptam primam Geuziorum praedicationem die 4 Julii a. 1572: „Das wierdt het oeffenen van den Roomschen dienst hier en elders in dese Landen uyt de Publyke Kerken gebaunen, en men nam de lere aan den Gereformeerden, die te Geneve en in den Paltz wierd geleert. Met dit onderscheid echter, dat die van Geneve en van den Paltz geen andere Christelyke Gezindheden verdragen wilden, stellende, dat de magten van God zyn ingeftelt, niet alleen om hen te beschermen, die dezelve magten gehoorzamen; maar ook om te maken, dat God gedient werd gelyk zy oordelen dat hy zelf bevolen heeft; en dat zy, die dit nalaten dezelve straffen verdienen, die God den goddelozen bedreigt heeft. Daar integendeel die van de Vereenigde Provinciën, niet alleen de bescherming der onderdanen goedkeurden, maar ook die wetten verfoeiden, welke de conscientie dwingen, als behoorende alleen tot hetgeen men Inquisitie noemt.“

contra Veterem Ecclesiam, communem hostem, universos haereticos exsilio, patibulo, gladio, igne, vi et armis extinguere satagentem. Ideo contra reluctantibus pro pietate animi adversus impietatem seculi et pro animi corporisque salute dimicantibus symbolo opus erat, quod pronuntiavit Lutherus, lapideis tabulis insculpsit Calvinus, quatuor verbis totius vitae suae internae summam prodens: *Codex noster Sacra Scriptura*. In haec verba omnibus jurandum erat, pro hoc effato omnibus pugnandum, moriendum. In hac enim formula Protestantibus inerat ipsa veritas. Ideo quoque inter viros illos feroces, studio effervescentes, facta magis quam verba spectantes, non poterat indulgeri diligenti deliberationi, quictaeva cogitationi: inter eos locum suum tenere vix poterat homo solitarius, religiose extrema omnia devitans et prohibens, quemvis errorem corrigere cupiens, placida et quicta constantia singulas ex suis argumentis sententias colligens.

III.

Negativum illud Reformationis principium, ipsius seculi affectibus et studiis religiosis sepositum, ad posteriora tempora reservatum est, quibus quo magis

ante fuerat neglectum, eo plus polleret. Iterum exaudita vox est infinitam clamans singulorum in fide libertatem: quae vox et quaestio seculi decimi septimi initio suppressa, per seculum decimum octavum intra fines doctrinarum, in unam licet partem, magno tamen cum acumine prolata, dein ferentibus temporibus in societate civili agitata, tandem adeo a prima sua origine degeneravit, ut Conventus Nationalis Galliae, ferente Robespierrio, anno secundo Reipublicae, decretum interponere necesse haberet, ut in posterum Summo Numini et animi immortalitati fides haberetur. Quae quidem omnia non impediverunt, quominus nostro seculo reservaretur — ut et reservabitur — post tantam calamitatem prudenti manu fructus metere in agro liberae conscientiae et religionis.

Sed ipso iam seculo decimo sexto fuerunt nonnulli, qui quam magnum sit omnino repellere auctoritatem in fide religiosa sentirent et simul, quid inde necessario sequi debeat, perspicerent, itaque contra intolerantiam ipsorum reformatorum et protestantium vel protestarentur simpliciter vel bellum gererent acerbum. Quos inter unus e nostratibus eminet, qui non hoc tantum nomine ampliori laude affici merebatur, quam quae ei fortasse adhuc — publice saltem — tributa est, verum etiam propter alias multas suas laudes et

virtutes apud nostros majori cum studio ac diligentia commemorari debuerat, quam etiam nunc in brevibus illis judiciis factum est a scriptoribus nostris litterariis, ecclesiasticis, politicis: Didericum dicimus Volckertsen Coornhert.

„Coornhertium qui dicit“ — verbis nunc loquor elegantissimae unius auctorum, quibus delectatur et non nihil se effert Neerlandia ¹⁵ — „virum dicit Batavum, qui strenue pugnavit pro libertate in rebus ad fidem religiosam pertinentibus, et simul indefessus fuit adversarius eorum, qui secus opinarentur.“

Coornhertium qui dicit — egregiae illius scriptoris exemplo pergimus — virum dicit Batavum, qui, cogente animi sensu, aetate media scholasticis exercitiis operam navare non abhorruit, quo ipsi indicare liceret de tot ac tantis quaestionibus, quae illis temporibus in rebus et religiosis et theologis jactabantur; qui mox singulari studio in philosophiam veterum penitus sese insinuavit, adeo ut ad hanc tanquam normam certam varias sui temporis sententias se exigere posse sibi videretur; virum dicit Batavum, qui juvenili admodum aetate cruentam fidei nomine factam persecutionem adspexit indignabundus, senex annorum sex et sexaginta

15) A. L. G. TOUSSAINT. *De Graaf van Leycester in Nederland.* (Amstel. 1845.) Tom. II. p. 59.

mortem non oppetiit, priusquam tertium postremi vitae suae anni scriptum adversus fortuitum quendam haereticorum necandorum patronum ad finem perduxisset; virum dicit, qui quolibet Reformatore fortius protestatus est contra auctoritatem et imperium in hominum animos admissum; qui ecclesiasticarum illarum societatum nulli unquam se adscribi voluit, quod omnes veterem tyrannidem nova specie colerent; virum denique dicit, qui sententiam illam omnium protestantium reformatorumque primariam: Scriptura Sacra codex certissimus, anguste paene amplectebatur, aetatis suae germana proles; qui simul sano suo ductus iudicio, multa classicorum scriptorum lectione praeclare instructus, moralia aliquot opera innumeris suis scriptis polemicis adjecit, quo probaret, in vita sua se non hoc egisse, ut negaret modo, multaque destrueret, verum etiam ut nova ex sui ingenii fonte proderet, nova construeret.

Didericus Volckertsen Coornhert non solum copiosissimus polemicorum scriptor, tam de dogmaticis rebus quam de politicis, non solum scriptor, qui princeps ethicum genus ornavit iis temporibus, quum, exceptis Michaëlis Montaignii epicurcis cavillationibus, nulla adhuc lingua Europaea de morali doctrina fuerat scriptum; sed etiam Arausiaci legatum agens persona in

scenam prodiit publicam, in prologo et actu primo tragediae illius historicae; puri quidem et pulcri sermonis pedestris quasi creator et artifex pacis probus, viam monstravit juvenili Hollandiae litteratae, quae septimo decimo seculo effloruit; et poeta et sculptor, tam privatus civis quam in magistratu adco clarum in historia illius temporis memoriam reliquit sui, ut operae pretium fecisse videatur quisquis ad recolendam illam vitae et studiorum ejus memoriam vel minimum attulerit. Praeterea non dubitanter enunciare hoc nobis licet: Coornhertius singulis illis virtutibus apparet homo sanus, fortis, constans, qui agendi solertiam, Amstelodamensi civi propriam, cum singulari ingenii subtilitate et insigni judicii certitudine copulat, qui multae mirabilique lectioni et cogitandi perspicendi que facultati haud communi artificis judicium limatum adjungit.

Quae tamen laudes cum iis quae aetate illa postulabantur ac flagitabantur arcte cohaerent. Ad summam, Didricus Volkertsen Coornhert seculi sui est progenies, poeta et philosophus, cujus nomen plurimum intra annos 1550 et 1590 celebrari et poterat et debebat. Iam verbo significavimus, quam candide et simpliciter Sacrae Scripturae verbis concrederet, iisque vim probandi tribueret; tam certas partes haec apud eum agunt in universi contemplatione et erudita et religiosa, ut saepe

dictum aliquod Moïsis vel Salomonis alteri cuidam dicto Jesu vel Pauli apponat, ingenua fide credens futurum esse, ut omnia ea et singula ad certam quandam rem probandam argumentum aequè firmum suggererent ¹⁶. Ingeniosus et constans sibi imprimis in Reformatione dijudicanda, acerrimi illorum temporum ardoris erat socius, quo cogente animi confirmata iudicia scriptis et rescriptis contra adversariam opinionem quamquæ vi mentis numquam debilitata pronunciavit. Ita Coornhertius polygraphus exstitit innumerabili polemicorum scriptorum varietate insignis. Quæ raptim occupationibus impeditus litteris mandaverat et approperato opere in chartam coniecerat, cum iis quæ otiose cogitateque conscripsit conferri minime possunt: nam non tantum festinationis indicia ostendunt, sed crebris etiam repetitionibus minus placent.

Sed hoc fortasse commune omnium decimi sexti seculi operum, vel optimorum, fuit fatum ¹⁷. Cui subjecta

16) „De Canonijke Bijbelsche Schriften houden wy ontwijfelijk in allen waarachtig.“ — scribit in: *Hert-Spieghel Godtlijcker Schriftuyren*: (Tom. I *Operum* fol. 4.) — „Alfoo wy vastelijck ghebooven, die gheschreven te wesen door ingheven des H. Ghoeftes. Daeromme ghebruycken wy die oock niet alleen tot leeringhe, maar tot *vaste bewijfinghe*.“

17) „Telle est la fatalité littéraire, qui pèse sur le XVII^e siècle, ses œuvres les plus heureuses manquent toujours de ce don suprême,

ita fuerunt Coornhertii quoque scripta, ut asperitatis et inconcinnitatis reprehensionem non semper plane effugere queant, quamquam si cum aequalium scriptis componuntur, iisdem illis vitiis multo minus laborant.

Neque his dictis injuria fit Diderico Coornhertio. Quo enim apertius quantum fuerit seculi sui proles agnoscimus, eo certius definire poterimus, quam multum seculum suum superaverit. Imprimis autem superavit fortiter pugnando pro negativo Reformationis principio. Quae quotque causae effecerint, ut acerrimus „necandorum haereticorum“ adversarius exsisteret, qui neminem intactum relinqueret, in quo vel levissimum intolerantiae signum conspiceret, nunc adhuc mittimus: pugna illa ipsa pugnacissima ea aetate fuit tam nova, ut iam hinc cognatus et socius vocari mereatur acerrimorum ecclesiasticae pertinaciae censorum seculo decimo septimo et octavo et necessario viam muniverit Remonstrantibus, quorum et nomen et factum magnum est in historia ecclesiae Neerlandicae. Qua re quum

qui semble le fruit naturel, réservé à certaines saisons de la vie des peuples, la beauté, la perfection de l'ensemble.“ DEMOGÈOT. *Histoire de la Littérature Française*. Ed. III. (Parisiis. 1857.) p. 284.

Sic etiam SAINTE BEUVE: *Causeries du lundi*, Tom IV. p. 63. (Ed. II. Par. 1853): „Ce qui manquait surtout (au style du XVII^e siècle) c' était le goût, si l'on entend par goût le choix net et parfait, le dégagement des éléments du beau.“

prodeat veri nominis Protestans Coornhertius, fortasse unus omnium Protestantium omnino et maxime dignus hoc titulo, scripta eius inde negativum illum et criticum colorem ducunt, quo tantum habent ad perspiciendam illius aetatis historiam momentum. Verum non solum opponendo et contra statuendo celebratum est inter clarissima majorum nostrorum nomina, nomen Coornhertii. Quamquam ex sui seculi ingenio humanismum vehementer amplectens, quamquam quovis nomine germanus sexti decimi seculi scriptor ethicus, imprimis tamen felicitate iudicii, poetica indole haud dubia, maxime vero incredibili prudentia condere ei contigit *Artem suam Bene Vivendi* (*Wellevenkunte*), in qua formae elegantia, illis temporibus rara, cum argumenti suavitate conjuncta est. Michael quidem Montaignius salibus urbanis et eximiis, argumenti explicatione probabili scholam duxerit licet, ejus discipuli vel in hoc seculo inveniantur, non minus certum est, eius *Studia Moralia* (*Essais*) magna ex parte „fundamenta jecisse illius levitatis, negligentiae et morum languoris, quibus seculum XVI et XVII in Gallia universe laboravit“¹⁸. Didericus

18) Conf. A. VINET. *Moralistes des seizième et dix-septième siècles*. (Par. 1859) p. 113.

vero Coornhertius scriptor Artis Bene Vivendi a posteritate observari et coli fortasse non minus meruerat, etiam sine virili sua et mascula pugna adversus intolerantiam societatum Protestantium; etiam sine carminibus suis, sine rebus strenue gestis in vita sua haud quieta et laboriosa. Sed ipsi illi intolerantiae placuit cuncta eius scripta acerbo odio condemnare, quamquam Arminius — at qualis vir — iis diligenter lectis ex adversario alieno in discipulum gratum commutatus est ¹⁹. Neque mirum accidere debet, secula XVII et

19) Hoe factum a pluribus vitae Coornhertii narratoribus comprobatur. Cum primis Vitae Coornh. enarrator in fronte vol. I. *Operum Collectorum*: „Zijne Schriften wierden doorgaens soo kraechtigh ende bundigh gheoordeelt, bysonder teghen de verdoemelijke Praedestinatie ende Erfonden met den anderen, dat wanneer eenighe jaren daerna, den wijle Hooghheleerden Dr. Jacobo Arminio, te dier tijdt Predicant t' Amsterdam, een van de edelste verstanten onder de Theologanten, van de confistorie of Kerckenraedt aldaer opghelegdt van teghen de voorseyde Schriften Coornherts te schrijven, hij Arminius deselve doorlesen hebbende, verclaerde dat hy Coornherts argumenten bundigher vondt, dan dat deselve lichtelijck met Schriftelijke argumenten souden kunnen van hem of andere wederlegt worden.“ *Het leven van D. V. Coornhart*, fol. 5 adverso. Eandem narrationem deinde offendimus apud: GODFREDUM ARNOLDIUM, *Historie der Kerken en Ketteren: onzijdig in 't Hoogduytsch beschreven en in het Nederduytsch vertaelt door den Heer Romeyn de Hooghe*. Amstel. 1701. Tom. III. fol. 104: apud BAYLE, *Dictionnaire celt.* V. Ed. (Amstel. 1740) Tom. III. fol. 15: in opere *Biographie universelle* (Par. 1813) Tom. IX. p. 636: celt. Nec mirum, si adversariis suis exprobravit

XVIII, obstinata atque indurata Confessionum propugnatione ²⁰, eundem despiciendi cursum tenuisse et studium suum collocasse in Coornhertii nomine et labore turpissimae haereseos nota insigniendo vel saltem onere fastidii ingenui, orthodoxi, premendo ²¹.

Nobis quidem nostra, perexigua fortasse, ad talem tantumque hominem, quantus fuit Coornhertius, magis pleniusque cognoscendum conferre cupientibus primo loco opus esse visum est eum ornare Ethicum

Gomarus: „dat sy hare voeten in Coornherts schoenen wilden ftceeken.“ Vid. Praef: *aen de Christelijcken ende goetwillighen Leser* “ editoris COLON., ante opus: *Dolinghen des Catechismi*. Tom II. f. 272, adv. *Operum Collectorum*.

20) Argumenti loco tantum afferam illa ex GISBERTI VOETII *Politicis Ecclesiasticis* (Amst. 1766) Part. II. Lib. II. p. 219: ubi inter eos, qui: „sanctum ministerium aut ex parte, directe aut indirecte, aperte aut tecte rejiciunt post Rozenkruizeros et Anabaptistas locus conceditur: „Coornhertistis, quorum maledicus magister inter omnes ministrumifos, ministro-maftigas, aquilifer merito cluit. Ipse semi-paganus, semi-idiota ad sacra theologorum magno numero libellos hunc contemptum unice spirantes attulit: sed in libello de minuendis sectis et in altero de ecclesia semi-libertinismum plenis aperuit.“

21) Quod ut demonstraret G. ARNOLDIUS (l. l. Tom. III. p. 105) locum adhibet ex Hoornbeeckii *Summa Controversiarum* (Lib. IV. p. 469) hoc modo: „Hoornbeeck zegt: Niemand behoeft Koornherts boeken so hoog te achten dat hij die koopen of leezen wil, wijl hij nu het geld, de tijd en moeite vergeefs aanwenden zal — omdat se onderdrukt waren.“

scriptorem ²². Quamquam praecursor Remonstrantium, Catechismorum oppugnator, in historia Ecclesiae Neerlandicae Reformatae accuratiori consideratione dig-

22) V. CL. MATTHEUS SIEGENBREK breviter commentatus est de Coornhertii opere: *Wellevens-kunste* in: *Museum cett.* (Harl. 1813) Tom. II. p. 1— 53, hoc titulo: *Over de verdiensten van Dirk Volckertz Coornhert als Zedeschrijver*. Praeter contractam argumenti expositionem, allatis nonnullis locis tam ex: *Opperste Ghoeds Naspoinghe* quam ex *Wellevens-kunste*, nihil habet hoc scriptum nisi laudes, quae tametsi plerumque jure tributae, non ea diligentia et subtilitate propositae sunt, interdum etiam locis communibus nimis ornatae, ut vere moveant. Digna sunt ad quae animum advertas illa quae indicat p. 8, 9: „Waar is het volk, dat zich beroemen kan voor het einde der zestiende eeuw een zedeschrijver in de moedertaal te hebben voortgebracht, wiens werk, offchoon dan ook niet in alle opzigten aan de voortreffelijkheid van latere zedeschriften gelijk, echter ook na de vorderingen, die de zedelijke wijsbegeerte, even als andere deelen van kennis en befehaafdheid, sedert maakte, nog steeds verdient gelezen en beoefend te worden? Buiten de Nederlanders geloof ik niet, dat enig volk op deze eer aanspraak kan maken; en het zijn de verdiensten van Coornhert, het is in 't bijzonder zijn voortreffelijk werk in zes boeken een geregeld en volledig zamenstel der zede of wellevenskunst bevattende, waarop zij die aanspraak met regt mogen vestigen.“

Ceteri historiae litterariae scriptores huic judicio subscripserunt: „Coornhert trachtte in den geest van Cicero eene zedekunst te vervaardigen, waartoe hem de nog onbefehaafde Nederlandfche taal wel bergen van zwarigheden in den weg legde, die hij echter, altans wat de zuiverheid der tale betreft, vrij wél wist te boven te komen.“ VAN KAMPEN, *Beknopte Geschiedenis der Letteren*, cett. (Hag. Com. 1821). Tom. I. p. 114.

Haud minus latas sententias enuntiavit hasce COLLOT D'ESCURY (*Hollands Roem in Kunsten en Wetenschappen*, Amstel. 1826).“ Het-

nus est; nobis quidem quos tenet Coornhertius, ubi placide et eleganter quae magno usu atque experientia didicerat ad unam summam moralem refert adstricto et arguto dicendi genere; nobis, quibus non pariter satisfacit, ubi in contentionibus innumeris cum ecclesiis et haereticis acuta seculi sui voce loquitur; nobis igitur praestare visum est *Artem Bene Vivendi* in recentiorem transferre formam; penitus enim persuasum est, ipsum etiam nunc optimum suae causae patronum fore. Est vero — id quod non ultimo loco in censum adscribendum est — *Ars Bene Vivendi* egregium litteraturae Neerlandicae monumentum, quod longinqui temporis intervallo obscuratum, denuo, pulverem modo abigas,

geen hem bovenal aanspraak geeft op den roem van een onzer voortreffelijke zedeschrijvers te zijn, is zijn groot Zedewerk bevattende een volledig en geregeld zamenstel van zedepligten onder den titel *Zedk. of Wel.* (Tom. III. p. 256). „Vergelijkt men bij hetgeen onder onze landgenooten onze opmerking (treft), toen Coornhert en Spriegel bloeiden, wat andere landen opleverden, dan geloof ik dat wij vóór het aanblijven van de eeuw van Lodewijk XIV, ons met de Franschen kunnen gelijk stellen; — om met dezelfde openhartigheid te bekenen, dat toen deze was opgedaagd, alle denkbeelden van zoodanige vergelijking moeten ophouden. Montaigne en Charron, schoon vooral de eerste als wijsgeer in aanmerking komt, schreven niet beter dan men hier deed, en Coornherts krachtige stijl, met het oorspronkelijke, dat hij bezat, kan in vele opzichten met dien van Montaigne de vergelijking doorstaan, terwijl Charron voorzeker achter beiden moet gerangschikt worden.“ (Tom. IV. Sect. I. p. 83).

resplendebit. Non solum enim in nostris litteris prima est ethices Christianae expositio popularis, sed quantum invenire nobis licuit, eodem etiam titulo valebit in amplissimis litteraturae Europaeae recentioris finibus ²³.

Ad quod opus priusquam transgredimur, hoc tantum

23) Tam Lutherani quam Reformati Ethica in doctrinae formam magis minusve concluserunt, omnesque ante Coornhertium scripserunt Latine. Primus Lutheranorum Ethicam Latine consignavit concionator Norimbergensis Thomas Venatorius hoc titulo: *Thom. Venatorii de virtute Christiana libr. III.* Norimb. 1529. (Confer. Dr. J. C. E. SCHWARTZ *Thomas Venatorius und die ersten Anfänge der protestantischen Ethik*, cett. in *Studien und Kritiken* Anni 1850. Sect. I. p. 79—142. Quem secutus est Melanchton in *Epitome Philosophiae Moralis* Viteb. 1537; plane ad Aristotelicam rationem: — tum Chytraeus *Regulis suis Vitae*, Viteb. 1555. Calixtus, Dürr, Meierus et posteriores adhuc Latine scripserunt.

In ecclesia Reformata idem offendimus. Primus, qui de Reformatis doctrinam moralem dedita opera perscripsit, fuit Lambertus Danacus, professor Leydensis ab a. 1581—1582, qui anno 1577 *Ethices Christianae libros tres* cum litteratis communicavit. Bartholomaeus Kerckerman ante a. 1609 confecit *Systema ethicae tribus libris adornatum*, post mortem ejus a. 1614 in *Collectis Operibus* editum. Itaque Latine scripserunt: Guilielmus Amesius, Polanus, Walaeus, cett.

Post Coornhertii Neerlandica proxime in censum veniunt Guil. Perkinsii Anglica; hic (natus a. 1558 — mort. 1602) practicas edidit asceticasque disputationes, quae a. 1603 titulo *Casuum Conscientiae* Latine conversae sunt. Sequuntur deinde Gallica B. de Loque: *Tropologie ou propos et discours des mocurs contenant une exacte description des vertus principales*, 1606. Confer. Dr. ALEX. SCHWEIZERI: *Die Entwicklung des Moralsystems in der reformirten Kirche* in *Stud. und Krit* l. 1, p. 1—79.

nobis sumimus, ut quibusdam velut lineamentis vitam Artis illius scriptoris generatim describamus. Ampla vero biographia ne expectetur: huius introductionis fines eam modo admittunt vitae narrationem, quae omnino ad recte intelligenda Coornhertii moralia requiritur. Quam effigiem, primis tantum ductis lineis confectam, an postea sequi debeat expressa atque absoluta pictura, quaestio est, cui aequè libenter affirmando respondebimus, atque nunc huic specimini, multis partibus imperfecto, venia ut concedatur enixe rogamus.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

DR. GOORNHERTII VITA ET FATIS.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

DE COORNIERTII VITA ET FATIS.

THE GOVERNMENTAL PAPER AND PERIODICALS

The Governmental Paper and Periodicals Commission was organized in 1932 to coordinate the publication of official government documents. Its primary function is to ensure that all government publications are produced in a uniform and economical manner, and that they are distributed in an efficient and timely fashion. The Commission oversees the work of various government departments and agencies, including the Department of the Interior, the Department of the Navy, and the Department of the Army. It also maintains a central repository for all government publications, which is accessible to the public through a network of distribution points across the country.

The Commission's work is essential to the functioning of the government, as it ensures that all official documents are produced in a consistent and professional manner. This includes the selection of appropriate paper and printing processes, as well as the design and layout of the documents. The Commission also plays a key role in the distribution of these documents, working to ensure that they are available to all interested parties in a timely and efficient manner. This is particularly important for government agencies that produce large quantities of documents, such as the Department of the Army and the Department of the Navy. By coordinating the publication and distribution of these documents, the Commission helps to reduce costs and improve the efficiency of the government's publishing process.

I.

DE COORNHERTII FATIS ANTE EXSILIUM.

Didericum Volckertsen Coornhert anno 1522 Amstelodami, parentibus opulentis et honestis natum esse, fratres eius „libertatis defensae causa“ exsules esse factos, ipsum adolescentem in Hispaniam et Lusitaniam iter fecisse, haec omnia sunt facta satis nota, de quibus inter omnes eius biographos¹ convenit. Matrimonium

1) De Coornhertii vita vel vitae partibus gravioribus narrationes vel breviores vel longiores inveniuntur in his operibus: *Hel leven van D. V. Coornhart* in tomo primo fol. I—8 *Operum collectorum* forsitan ab editore JACOBO AERSEN COLOM conscriptum; CHAREL VAN MANDER, *Hel Leven der oude Antijcke doorluchtige Schilders*, (Alkiv. 1603); SAMUEL AMPZING, *Beschrijving ende lof der Stad Haerlem*, (Harl. 1628); G. BRANDT *Historie der Reformatie*, (Amstel. 1677), p. 469—70, 517; 536—37; 597—99; 667; 760—764; GODFRIED ARNOLD, *Historie der Kereken en Ketteren*, in 't *Nederduyts vertaald door den Heer ROMBIJN DE HOOGE*, (Amstel. 1701) Tom. I. p. 185; Tom. III. p. 103—111; DAVID VAN HOOGSTAATEN, *Groot Algemeen, enz. Woordenboek*, (Amstel. 1725). Tom. VI p. 125; GEERLOF SUIKERS en ISAAK VERBURG, *Algemeene Kerkelijke en Wereldlijke Geschiedenissen*,

mature iniit cum Cornelia Symonis filia (Symonsdochter); quarum nuptiarum tempus diligenter finire operae pretium erit.

Nam quum a. 1568 (qua occasione hoc dixerit, mox videbimus) notaverit, se post matrimonium viginti annis civem (poorter) Harlemensem et per sex annos Collegio Decurionum ab Actis (Sekretaris der Vroedschap) fuisse, inde sequitur, eum anno circiter 1540 vel 1541, post

(Amst. 1728.) Part. VII. Tom. II. p. 223, 232; Par. IX. Tom. II. p. 432; JOANN. FRANCISCUS FOPPENS, *Bibliotheca Belgica* (Brux. 1739) Tom. II. in voce.; PETRUS BAYLE, *Dictionnaire historique et critique*, (Amstel. 1740). Tom. III. fol. 13—15; WAGENAAR *Amsterdam*, cett. (Amstel. 1760). fol. 200—203; *Levensbeschrijving van eenige voornamen meest Nederlandsche Mannen en Vrouwen*, (Harl. 1794). Tom. II. p. 101—113; JAC. SCHELTEMA, *Staatkundig Nederland*. Tom. I. (Amstel. 1805). p. 262; MARONIUS in opere: *Biographie Universelle* cett. (Parisiis, 1813) Tom. IX. n. 636; SIEGENBEEK, *Museum*, cett. (Harl. 1813) T. II. p. 1—52; VAN KAMPEN *Beknopte Geschiedenis der Letteren* cett. (Hag. Com. 1821) T. I. p. 111—115; WITSEN GREYSBEEK, *Biographisch*, cett. *Woordenboek*, (Amstel. 1822) T. II. p. 74—88; COLLOT D'ESCURY, *Hollands Roem*, cett. Tom. III. (Amstel. 1826) p. 36, 256; Tom. IV. Pars. I. p. 83; ROWRING *Sketch of the language and litt. of Holl.* (Amstel. 1829) p. 30; LAUTS, *Voorlezingen over de Ned. Lett.* (Brux. 1829) p. 94—100; VISSCHER, *Bekn. Gesch. der Ned. Lett.* Tom. II. P. 1. (Ultr. 1851) p. 12—14; *Leidraad* cett. (1854) p. 10—12; B. GLASIUS, *Godgeleerd Nederland*, Pars. VII. (1853) p. 306—312; H. C. ROGGE, *Caspar Janszoon Coolhaes*, Tom. I. (Amstel. 1856). p. 4, 109, 129, 135, 249; R. FRUIN, *Tien jaren uit den 80 jarigen oorlog*, I. I. (1858) II. p. 175—178.

reditum ex Hispania, annos natum undeviginti, matrimonium contraxisse. Omnes enim vitae eius Scriptores, qui hanc rem attingunt, narrant, eum, huius matrimonii causa a matre exheredatum, aliquamdiu Comitem Reynoldum van Brederode, secutum esse munere et titulo „Conciergie ende toefiender.“ „Aulicae tamen vitae parum deditus,“² Harlemum se contulit, ibique sex et viginti annos primum privatus civis, deinde notarius et Decurionibus ab Actis³ vixit.

Non placuit matrimonium cum Cornelia Symonis filia Coornhertii matri, uxori diti mercatoris lanae textilis, quippe infra ordinem suum conditionemque civilem. Imprimis impedimento fuit quod nove nuptae erant exiguae vel nullae opes⁴, — accedebat alterum, non minus magnum impedimentum, quod Anna, Corneliae soror, Comitiss Reynoldi Brederodii erat concubina. Parum tamen cognatorum praejudicatas curabat opiniones Coornhertius, eratque vir probioris animi et generosiori indole, quam ut illam, quam unice amaret, non statim suam redderet uxorem. Anne conjuge illa beatus fuerit,

2) „Syn zinnen niet tot het hof streckende.“ *Het leven van D. V. C.* in fronte *Oper. Coll.* Tom. I. fol. 1.

3) „Secretaris der Burghemeesteren.“ *Ibid.*

4) „Weynich ofte gheen goederen“ *Ibid.*

testentur ea, quae graviter, at sedate, scripsit⁵ ad Hendericum Laurensem Spiegel⁶ anno, ut videtur, ferme 1585⁷.

5) „Amice! Ick groet u vriendtlijk met u lieve Huysvrouwe: de mijne is by haer Heere: diefe my langhe gheleent heeft ghehadt. Mach fehoonheyt (foo haer jeught was) deughdelijkheyt (foo haer bejaertheyt was) ende vriendeljkheyt (foo al haer leven was) een mans herte trecken tot liefde, foo behoorde mijn herte haer lief te hebben. Dat is oock foo gheweest.

Of nu het langhsam sterven (zy is nu al langher dan een jaer daer over doende gheweest), dan des Heeren gave van haer, ende „ om hem lief te hebben, dese ghelijckmoedigheyt in my veroorfaect en wil ick hier niet segghen: maer wel dat men sonder merckelijcke droefheyt (opdat de roem wijeke) een lief wijf kan op-offeren den Heere, ende dat myn konst van wel-leven in dit stuck fulcks by my bevonden is, dat ick mach waerachtelijk segghen: probatum est. Kondy dese konst, het sal u namaels wel komen, kondys noch niet, oock niet voordeneken alleenlijk niet wel, foo leert met my gesamentlijk, als met vriendeljkke mede-leerlingh in wellevens konste, en God in den gheloove bidden, om een gherust ende ghelaten herte.“

Brievenboeck, Op. Tom. III. f. 94.

6) Coornhertius et Spiegelius, humanistae et poetae, amicitia conjuncti erant, quam alter catholicismo suo moderato, alter protestantismo suo prudenti perpetuam praestitit sine ulla offensione in rebus religiosis vel theologicis.

7) Anno 1584 per menses aliquot Hagae Comitum, ut disputationem cum Saravia continuaret, degit, sed perpetuo uxoris suae morbo (Vid. *Voorreden aan de Hoogn. Heeren ante librum: Dellinghen des Catechismi* (Op. Tom. II. fol. 270 adv.) eodem anno

a) Nexus orationis conjicere nos jubet, verba quaedam excidisse: fortassis legendum est: „ende onse diere verplichtigingh om Hem lief te hebben.“

Hanc epistolam scripsit Coornhertius annos natus sexaginta duo; nec mirum igitur, si juvenis undeviginti annorum amatissimam suam Corneliam, eamque pulcher-
rimam patrimonio suo praetulit, quod quum hoc facto perdidisset, in posterum symbolum sibi elegit: „ Ver-
kiefen doet verliefen. “

Variae rationes, quae posteriori tempore cum inter et domum Comitum Brederodanorum intercesserunt, in hoc matrimonio initium habebant. Reynoldus Comes Brederodanus, qui magni ducebat alacrem juvenem, amantissimum maritum sororis concubinae suae, pater erat decem liberorum legitimorum, illegitimorum novem⁸. Ex illis erat Henricus Comes Brederodanus, cui anno 1566 crebro negotia gerenda erant cum eo, qui Decu-
rionibus Harlemensibus ab Actis erat; horum imprimis

Harlemum redire coactus est. (vid. *Request aan de Hoogm. H.*, ante opus: *Haegsche Disputatie*, Op. Tom. III. f. 471). Mors igitur uxoris ad finem illius anni probabiliter referenda est. Morbus eius iam a. 1583 commemoratur, ipse Coornhertius in epistola illa scribit, eam annum et amplius aegrotasse; nomen autem conjugis in Coorn-
hertii scriptis ab anno 1585 ad a. 1590 frustra quaesivimus; denique Boethii *Consolatio Philosophiae* a. 1585 denuo conversa et edita item pro hoc anno pugnât.

8) Vid: Doct^r PAULUS VOET, *Oorspronck, voortgaanch en Daeden der Doortuchtiger Heeren van Brederode* (Traj. 1656. 4^o) p. 103—105.

filius natu minimus⁹ Annae Symonis filiae, Artus Brederodius „Licentiatus utriusque Juris et postea Senator in Curia Provinciali Hollandiae“¹⁰; eum, quem avunculum suum vocabat, coluit, amavit et in variis vitae fatis magna cum pietate adjuvit.

Postquam brevi tempore fuerat „conciergie ende toe- fiender“ apud Comitem Reynoldum, Harlemum, ut diximus, se contulit, ubi sex et viginti annos tranquillos, totius vitae fortasse beatissimos, transegit.

Duo sunt, quae hac periodo, inde ab anno 1542 ad a. 1567 animum nostrum advertunt: Coornhertii Studia Latina et Partes, quas egit in rebus publicis anni 1566, mox carcere et exilio compensatas. Antequam utrumque illud singulatim, breviter tamen et ratione habita *Artis Bene Vivendi*, commemorare conabimur, verba quaedam, Coornhertii mores signantia, subjungemus prodita ab anonymo illo biographo, qui vitam eius Operum Collectorum editioni

9) Filius natu major Nobiliss. Lancelot in miserrimo illo fuit Harlemensi praesidio, quod cum Dom. Frederico de deditione agere fuit coactum. „Den 22 Julius (1573)“ — ait AMPZING l. l. p. 232 — „werden Lancelot van Brederode, Rosoni“ — cett — „gevangen genomen en werden daerna den 13 Augustus te Schoten ont- hoofd.“

10) Vid Doct. VOETIUS. l. l. p. 105.

anni 1630 adjecit ¹¹. Hic merito jure cum celebrat artificem in tabulis aeri incidendis et acu sculpendis, inque earum inventione ¹². Adolescens musicen et poeticen excoluit; tibia cantabat praeclare, citharam quoque pulsabat cymbalumque digitis tractabat. Gladii usus expertissimus, artium ingenuarum et laudabilium neglexit nullam.

11) „(Na) zich tot Haerlem metter woon begheven (te) hebben, heeft (hy) het plaetsnyden in 't koper ende oock etfen aenghevanghen, ende daerin, ende oock in 't inventeren, ende wat die conste aenginck, fulcx toeghenomen, dat hy daer eerlyck syn nooddruft mede verdiende. In syne jonckheyt heeft hy hem oock gheoeffent in de Musijcke ende in 't Rijmen. Uy conde seer meesterlijck spelen op de duytsche Fluyte, oock op de Luyte ende Clavecimbal: van sehermen is hy meester gheweest, ende van alle eerlijke, loflijcke ende gheoorloofde consten ende oeffeninghen heeft hy eenigh verstantd ghehad. In maelyden heeft hy seer vermakelijck van propooften oock stichtelijck gheweest ende hem altydt sober ende nuchteren ghehouden; hy was een vyandt van ledicheydt, syn ghewoonte was meest 's avonds ten thien uren slapen te gaen, ende wederom 's morgens te vier uren op te slaen, segghende dat ses uren slapen meer dan ghenoech was, ende dat men door 't langhe slapen, het leven vercorte ende met vroeck opstaen ende waken, het corte leven verlenghde.“ *Het leven van D. V. C.* l. l. fol. l.

12) Marron practerea in opere *Biographie Univ.* Tom. IX. p. 636. refert: „C'est lui (Coornhert) qui nous a transmis, par son burin les peintures capitales de Martin de Heemskerck, telles que l'Infanticide de Bethléhem, les Bacchanales, le grand Crucifiement, la Pontre dans l'oeil, les douze Patriarches, etc, estampes encore recherchées aujourd'hui.“ (1813).

In convivii jucundus et amoenus, semper frugi ac sobrius; otianti inimicus, vesperi hora plurimum decima cubitum ibat, matutina hora quarta surgebat ¹³.

13) Egregium praeterea antiqui illius et gravissimi vivendi moris Neerlandici dedit Coornhertius in proemio libelli: *Waarachtigh Afslaat van zonden*. Op. Tom. I. f. 250. Multo mane ad Coornhertium venit „Reformatus“ quidam, qui sermonem ita infert:

„Goeden morghen vrundt, seght doch woont hier Direk Volckherts Coornhert?“ — Coornhr: „Ja vrunt, ick bent, ghelieft u yet?“ — Reform: „Ja waarlyc goede man, soo vele, dat ick nyt een ander Landfchappe hier kome reysen, om met dy te spreken, soo 't dy nu ghelegen ware, buyten verfuym of hinder, dat waar mijn wensche.“ C: „Waar af fuldy spreken.“ — Ref: „Van sake de H. Schrift be-roerende. Die gaan my boven al ter herten ende die doen my dese moeyten ende kosten doen.“ — C: „Dat hoor ick gaarne, daar af handele ick oock boven alle dinghen gaarne. Dus sal ick oock gaarne, mijn andere saken te rugghe stellende, met u daar af spreken vrunt. Ick sal mijn Maarte (als die opstaat) bevelen, dat sy het yghelijck segghe, dat ick onledigh ben, soo moghen wy gants on-verftoort handelen.“ — Ref: „Tot hier toe verblijde ick my, door dien ick waarachtigh bevinde twee saken, my van enen, dy nyet ongonstigh zijnde, gheseyt.“ — C: „Men vind er alsoo wel die nyt al te blinde jonst buyten waarheyt pryfen: almen vindt, die dat du gaerne vroegh op, oock dat du ghespraackfaam biste. Dat bevinde ick noch soo. Anders hadde ick soo vroegh nyet derren aan te kloppen, ghemerckt het noch eerst vier uren zijn.“

II.

DE LATINIS COORNHERTII STUDIIS.

„Primus e Neerlandis Coornhertius veteris aevi sapientiam ad civium suorum utilitatem referre tentavit, consilia, solatia, spem lucemque afferens in miserrimis tenebricosissimorum illorum temporum rebus.“

Rectissimum hoc iudicium Gulielmi de Clercq¹⁴ comprobare atque illustrare imprimis necesse est, quando ostendere aggredimur, quantam vim Latina Coornhertii Studia habuerint in omnem eius operam litteratam scriptoris quum polemici et dogmatici in universonum, tum praesertim ethici.

Hunc triginta annos natum Latinas litteras docuit Johannes Badius, vir doctissimus. Imprimis eo animo se ad Latinas litteras applicuit, ut Augustini, ceterorum Patrum operibus de gravissimis religionis partibus edoceret¹⁵.

14) *Verhandeling over den invloed van vreemde Letterk. op de Nederl.* (Am. 1824) p. 106.

15) *Het leven van D. V. Coornhart.* l. 1. fol. 1.

Religiosa igitur commentatio Coornhertium impulit, ut linguam Latinam disceret trigenarius. Coornhertium, in juventute principiis Romano-Catholicis institutum ¹⁶, mox Reformatorum opus valde et graviter approbasse, non tantum pugna confirmatur, quam per totam vitam pro libertate cogitandi credendique singulorum hominum subiit, sed etiam primis eius scriptis plane stabilitur. ¹⁷ At mox quoque certamen tentavit cum iis inter Protestantes, qui sua vice libertatem conscientiae et religionis barbaram et efferatam adorirentur: quos primum socios salutaverat, cum his, lapsu temporis adversarius factus acerrimus, ad mortem usque depugnavit. Huius rei causa erat, quod singulari atque incredibili studio ac labore propriam sibi comparaverat persuasionis normam, qua, veteri rejecta auctoritate, nulli prorsus auctoritati, praeterquam Sacrae Scripturae verbis, cedebat.

Pugna ea et dimicatio cum Latinorum Studiorum fructibus, cum eo, quod rectissime huius humanismus

16) Ipse hoc testatur in: *Ooghwater opten Eetder des voor-oordeels*, eett. Op. Tom. II. fol. 559.

17) Vid. *Index Chronologicus Scriptorum Coornhertii* ad calcem libri nostri Neerlandici, cui titulus: *Inrek Volckertsen Coornhert en zyne Wellevenskunst. Historiesch-Ethische Studie.* (Amst. 1860.) p. 187, seqq.

vocari potest, arte conjuncta est. Conscientiae impulsu motus, grave onus in se susceperat: vir media aetate Latinae grammatices varias vias et anfractus laboriose percurrere statuit. Nec frustra: admirabili enim animi vigore celcriter celebratissimae linguae disciplinam percepit, qua percepta statim recens comparata cognitione ita bene usus est, ut non solum theologicis disputationibus gauderet scientiae cultor ingeniosus, sed mox etiam polemicus scriptor egregie subtilis cum omnibus orthodoxiae ecclesiasticae patronis in certamen descenderet perpetuum. Hoc enim praecipuum ac magnum in Coornhertio apparet, quod omnia litterarum classicarum studia ad ethicam et religiosam universi contemplationem retulit. Poeta et scriptor puri fuerit studiosus sermonis, prudentissimos aetatis suae rhtoricos ingenue laudans, ipsi homini firmo opus erat fundamento, cui aedificium persuasionis religiosae sine dubio et anxietate superstrueret.

Reformatio Gencvensis ad stabiliendam praedestinationis doctrinam usa erat eiusdem Sacrae Scripturae verbis¹⁸,

18) Calvini *Institutio* iam a. 1550 in lucem prodiderat hoc titulo: *Institutio Joh. Calvini*, Genevae ex officina John. Gerardi. 1550, quam Neerlandica versio a. 1560 secuta est. Beza quoque a. 1558 apologiam praedestinationis ediderat: *Ad Sycophantarum quorundam*

ipsi inviolata auctoritate praeditis; iam Serveti nuncius supplicii ad ejus aures pervenerat. Haec erant ipsa „religionis momenta“¹⁹, quae eum ad eruditorum linguae studium impellerent, quo futurus esset humanistarum in Neerlandia Protestantium primus et summus, pariter atque eadem ipsa studia seculo decimo quarto in Italia Franciscum Petrarcam primum effecerant et summum humanistarum plene Ciceronianorum.

Et huic Ciceroniano vel Platonico, primo „novi orbis, humanismi, vati et repertori“²⁰ praecipue erat opus contra inexpugnabilem ecclesiasticae hierarchiae auctoritatem cogitandi libertatem singulorum de scientia, imprimis illa morali, indelibatam praestare. Coornhertius libertatem fidei exoptans, acri animo civis Neerlandici praeditus, virium suarum sibi conscius, simul atque innotuere ipsi illa humanismi principia, patronus eorum exstitit diligentissimus, motus quoque singularibus vitae suae fatis.

calumnias quibus unicum salutis nostrae fundamentum id est aeternam Dei praedestinationem evertere conantur. Excudebat Conr. Badius (Gen.) 1558. Latina Coornhertii studia inde ab a. 1557 incipiunt.

19) „Poincten der religie.“

20) „Der Prophet und zugleich der Entdecker der neuen Welt des Humanismus war Francesco Petrarca.“ Dr. GEORG VOIGT, Prof. Honor. Munch. *Die Wiederbelebung des classischen Altherthums.* (Berolin. 1859.) p. 12.

Uti Petrarca rigido scholasticorum mechanismo sese opposuit, ita Coornhertius increscenti scholasticae et hierarchiae Reformatorum denuo intercessit. Quam arctum sit vinculum inter litteratissimorum virorum humanismum et scripta eorum theologica, polemica atque moralia, sponte apparet.

Sed de humanismi origine ac progressu inde a seculo decimo quarto usque ad decimum sextum, deque vera ejus indole plura dicere post Georgium Voigtium²¹ supervacaneum fortasse videbitur. Ad finem vergente seculo decimo quinto atque ineunte seculo decimo sexto humanismi illa principia ad musea, imo in animos penetrant omnium, quotquot doctorum et litteratorum nomine dignos se reddere cupiebant. Si forte de Neerlandia oriretur quae ratio, utrum haec se novo animorum cursui adjunxisset, Desiderii tantum Erasmi nomen proderet sufficeret, nisi animus noster nunc advertendus esset ad ipsum Didericum Volkertsen Coornhert, post reformationem humanistam.

Re quidem vera humanismus, prodeunte reformatione, gravissimas muneris sui partes exegerat. Libertatem

21) L. I. *Die Wiederbelebung des classischen Altherthums.*

cogitandi credendique exoptaverat, operam suam morali philosophiae navaverat, quam perversis perditisque ecclesiae regnantis moribus tacite objiceret. Simul atque Reformatio vitalem seculi quaestionem in propriam eius veramque ditionem, religionis scilicet, redegerat, humanismus primas in religiosa humanitatis Europaeae historia partes agere desiit. Multa cum vi et efficacia agere perrexit, sed alios sibi fines quaerere debuit, quos continuo, sepositis quaestionibus philosophicis et theologicis, invenit in artium tanquam territorio, Renatarum Litterarum (*Renaissance*) celebratissimo nomine nova prodiens forma.

Didericus Volckertsen Coornhert ipso illo tempore classicorum auctorum studia aggressus est, quum Reformatio cogente rerum necessitate ad magnam sententiarum repugnantiam et inconstantiam delabebatur. Nihil ad proprios suos usus accommodatius, nihil exoptatius potuit invenire Coornhertius, quam ipsum illud morale studium recentiorum humanistarum²², quam ethicam illam, in vita egregie adhibendam, plane perspicuam, sed plane quoque eclecticam, Ciceronianorum illorum

22) „Der moralische Tractat ist seit Petrarca der Tummelplatz antiker Philosophie und antiquarischer Kenntnisse aller Art geblieben.“ Voigtius. l. l. p. 100.

Christiano-Stoicorum. Acuta sua perspicacitate praestantique intelligentia statim vidit locos vitio laborantes in doctrinis ecclesiarum Protestantium. Imprimis germanus protestans necessitati denuo fidei impositae nullo praesentiori remedio occurrendum esse censuit, quam sacrorum librorum summa obedientia, quorum librorum effata apposuit principiis e Stoica philosophia petitis. Haec autem, iam inde a Petrarae temporibus multo perfectius atque altius accepta, omnium Christianorum facta erant tanquam res communis.

Anno 1557 vel 1558, annos natus quinque et triginta, cum Basio studiis suis classicis susceptis,²³ ab eo quoque tempore copiosissima polygraphia conspicuus, principia illa enucleare et defendere sibi proposuit. Quodsi permultorum illorum scriptorum ordo chronologica diligentia posset disponi, Coornhertii vita multo melius foret descripta, quam nunc locupletissima fieri potest biographia. Quum Artem eius Bene Vivendi, maximum ethicorum studiorum documentum, eligere-mus, silentio tamen non praetereunda erant scripta non

23) Hic annus ex opere Coornhertiano; *Een lieffelijcke samspreckinghe van de Droefheydt* (Tom. I. Op. fol. 379) anno 1569 scripto, certo definiri potest. Joannes Basius ibid. ita cum eo loquitur: „my ghedenckt noch wel, als iek u gheleden omtrent elf jaren, partes orationis quot sunt, leerde.“

pauca polemica et dogmatica. De singulis separatim agere opus foret infinitum, huius certe opusculi fines longe excedens, quare Catalogum chronologicum relictorum scriptorum et doctrinas et litteras spectantium describere conati sumus, quo descripto partim saltem rationem reddere tentavimus multiplicis studii ac laboris viri nostra etiam aetate tot partibus commemorabilis²⁴.

III.

DE COORNHERTII REBUS GESTIS ANNO 1566.

Didericus Volckertsen Coornhert anno 1561 a Magistratu Harlemensi Notarius factus est, decimo autem die Januarii ejusdem anni Urbi ab Actis, denique

24) „De wijze waarop het licht der hervorming is doorgebroken, de redenen, waarom de nevelen van het bijgeloof zoo spoedig zijn opgetrokken en de middelen, waardoor men de waarheid nog nauwlijks ontdekt heeft weten te bewaren, de aard en de oorzaken der geschillen, reeds bij de eerste vestiging der kerk — zie daar reeds zoo veel, wat nog niet genoegzaam wordt begrepen en nog dieper onderzocht en in helderder licht gesteld moet worden.“ — H. C. ROGEE *Caspar Janszoon Coolhaes* Tom. I. p. 2, 3.

undecimo die Martis anni 1564 Decurionibus ab Actis,
 „in rebus politicis adhibitus, in quo munere multos
 tulit labores.“²⁵

Extra propositi opusculi fines est origines et progressus ostendere celebratissimae illius Conversionis Reipublicae, quae nunc demum optimos et ingeniosissimos historicos invenit. Tamen Coornhertii, Harlemo Urbi ab Actis, partes, quas in nonnullis rebus majoris momenti, praesertim per annum inquietum 1566, egit, notari merentur. Quum vero anno 1568 Hagis Comitum in carcere degens apologiam conscripserit, quae vel iram repressit Consilii Tumultibus Comprimendis, scriptum hoc memorabile afferre sufficit, ubi ipsius partes accuratius significare opus est in frequenti illa multarum personarum scena, quam vidit annus iste Compromisso et Iconoclasia insignis.

Coornhertii apologia hoc titulo est: *Cort begrip, Verhael ofte recueil by forme van advertissement van 't besoigne by Dirck Volckerts Coornhert nu gevangen, in den voorleden turbulenten tyt gedaen, cuius autographum etiamnunc in Publico Tabulario Regni Belgici*

25) „In politique saken ghebruyekt, heeft hij in dese bedieninghe (ab-Actis) veele moeyten ghehad.“ *Het leven van D. V. Coornhart.* l. 1. fol. 2. adv.

Bruxellis inter chartas Consilii Tumultibus Comprimentis asservatur.²⁶ Primum quamdiu Harlemi vixerit, sicut narravimus, commemorat. Mox facta sua anno 1566 exponere incipit. Quamvis iam decem abhinc annis cum Henderico Comite Brederodano similtates suscepisset in controversia quadam hereditaria²⁷, ut videtur, tamen Magr. Lambertus Nienterlong hunc et Scabinum Henricum van Waemelen jussit ad diem 18 Maji illius anni Comitem, Harlemi „feriaturum,“²⁸ „salutatam ire“²⁹. Tum vero Brederodius vesperi, convivali strepitu circumsonante, ipsi obsignandam praebuit Ratificationem libelli supplicis Nobilium; id, quod hic plane denegavit.

26) Singularem benevolentiam V. C. Johannis van Vloten Annotationibus, ab ipso ex hoc scripto gravissimo Bruxellis in Tabulario Regni Belgici excerptis, uti mihi contigit. Quare mihi concedat, ut hic quoque pro gratissimo gravissimoque officio, mihi libroque meo multa cum urbanitate et liberalitate praestito, gratiam ipsi agam maximam.

27) „Uyt oorfaken van seecker proces daerinne (hij) teghens den Heere van Brederode, voor den gherechte van Haerlem getriomfeert hadde.“ Reynoldus Comes ipso illo anno, quo in causam descendit Coornhertius cum Henderico Comite, mortuus erat. (PAULUS VOET l. l. p. 110.) Opinamur itaque, Hendericum impugnasse quaedam quae in patris testamento in favorem Annae, Symonis filiae, Coornhertii sororis affinis scripta fuerint.

28) „Banketteeren.“

29) „Wellecomen.“

Hendericus Comes Bruxellis, ubi libellum supplicem *Dominæ* (Madame) Parmensi obtulerat, ipso hoc tempore reversus, cives majoris in provinciis septentrionalibus auctoritatis subscriptores nancisci cupiebat. Coornhertius, qui quam esset homo iracundus et temerarius vel ex controversia illa cognosset, recte, quum Comes in feriis illis Harlemensibus ipsi ut Ratificationi subscriberet persuadere vellent, recusavit. Suo enim exemplo alios ad amplexandam causam aleae plenam, qualis erat Nobilium supplicum, allicere nolebat. Praeterea magistratus Harlemenses mox quoque sententiam Scribae sui comprobarunt. Ex Coornhertii Brevi Narratione (*Cort Verhael*) apparet, ipsum paucis post epulas illas diebus, d. 25 Maji, cum Pensionario Albemadio Pettam ad Brederodium se contulisse rogatum eum, Decurionum Harlemensium nomine, ne cives suos de rato habendo libello supplici amplius tentaret. Ab illo inde die, ait, nullus praeterea civis Harlemensis ad subscribendum invitatus est. Denique narrat, se de hoc negotio epistolam Amstelodamum misisse, ad Guilielmum Dirxium scriptam, ut illic quoque ne subscriberetur moneret.

Quodsi hic prudentem eius moderationem iam advertimus, qua nihil temere agendum suadebat, adeo ut vel timidus et commodis suis serviens videretur,

mense Julio et Augusto Coornhertius, Decurionibus ab Actis, secundum normam quam sibi praescripserat, agere perrexit. Orationes Sacrae sub dio et iconoclasia illis mensibus omnium animos advertabant. Die 21 Julii 1566 primum extra urbem Harlemum sub dio religiosa congregatio habita est, quo facto a Magistratu Harlemensi petebatur, ne hanc rem impedirent³⁰. Cui petitioni ut responderent Decuriones Scribam suum Vianam miserunt, qui cum Comite Henderico Brederodio de interrumpendis concionibus illis extra Harlemum ageret. Coornhertius in Brevi Narratione refert se iter illud fecisse inde a die 30 Julii ad. d. 4 Augusti, nulla tamen mentione de exitu actorum cum Comite adjecta. Vel sic tamen satis certe statuere licet, Brederodium, quantumvis ad magistratum Harlemensem in impediendis concionibus adjuvandum haud proclivem, satis id temporis nobilitatis suae sibi fuisse conscium, ut non quicquid tumultum plebeculae saperet reprobaret. Paucis certe diebus postquam iconoclasia omnes provincias septentrionales invasisset, quo motus plebis turbulentos praeverteret, statuas tacite et quiete ex templis

30) *Samuel Ampzing, Beschrijvinge ende lof der Stad Haerlem.* (Harl. 1628), p. 460.

et aediculis Vianensibus amovendas curavit ³¹. Decuriones vero Harlemenses callido invento, quod exposuit Bor, ³² ipsi hanc rem procurarunt.

Coornhertium magistratum ad praeveniendam iconoclasiam incitasse, etiam sine ipsius testimonio in Apologia statueremus. Itaque ecclesiae die 23 Augusti clausae sunt, quo facto Harlemi turpe flagitium quodvis devitatum est. ³³ Tanta tamen vulgi fuisse videtur agitatio, ut Coornhertius, quemadmodum in Brevi Narratione tradit, postridie calices, insignia, statuas et ornamenta ex Divae Ccciliae Conventu, suis in via Sti Johannis ³⁴ aedibus continente, apud se deponere necesse haberet et „anxias sororculas“ consolari.

Quam plane hoc factum scriptorem Artis Bene Vi-

31) MOTLEY. *The Rise of the Dutch Republic*. (Lond. 1859) p. 146.

32) Parte. I. Libr. 2. (Amstel. 1679.) fol. 92.

33) AMPZING. I. I. p. 460.

34) Coornhertii aedes in via Sti Johannis fuisse sitas apparet etiam ex epistola, quam disputationis Hagensis tempore ad uxorem misit cum hac inscriptione: „Eerbare ende deughtfame Neeltjen Symens Dechter, Huyfvrouwe van Direk Volekertz. Coornhert, in de Sant Jans ftrate tot Haerlem.“ (*Haegsche Disputatie* Tom. I. Op. f. 436. adv.)

„Het Klooster van S. Cecilien“ — ait AMPZING I. I. p. 432 — was gelegen in de St. Jansstraat in de „wijde en nauwe Cecilieteghen.“

vendi designet, dictu vix opus est. Libertatem tam in ecclesiasticis rebus, quam in civilibus, omnibus et singulis vindicans, suum esse duxit, religiosas sorores praesenti periculo prohibere, iisque afflictis adesse. Praeterea socius erat magistratus Catholici orthodoxi, cui iam multis abhinc annis munus suum dignissimum visum erat, omnibus viribus contra haeresin quamcunque agere et pyra vel patibulo animadvertere in omnes quotquot vel suspicionem lutheranismi³⁵ vel calvinismi praebuissent. Samuel Ampzingius in *Descriptione et Laudatione Urbis Harlemi* annotationes quasdam ex Libro Correctionum³⁶ prodidit, quae hoc simplicitate nimis eloquente testari possunt.³⁷

Coornhertius, quamquam socius magistratus vexantis et exagitantis, rarae tolerantiae et prudentis officii exemplum dedit, quod, sive sapienti cautione iustum sive non, documentum est constantiae animi vere liberalis.

Inde a d. 28 m. Octobris usque ad d. 6 Novembris, ut refert Brev. Narr., Decurionem Van Duyvenvoorde Schoonhoviam comitatus est, ut cum eo concilio

35) „Luytheryc.“

36) „Correctie-Boek.“

37) L. l. p. 447.

Ordinum Hollandiae adesset. Ibi quoque a Comite Ludovico Nassavio libellum accepit supplicem Gallice scriptum a mercatoribus Antverpiensibus ad Philippum Regem, quem libellum Belgice converteret. Ejusdem Comitis rogatu Vianam et Trajectum Rheni profectus est, item Amstelodamum cum mandato Arausiaci principis. Harlemum reversus mercatorum libellum supplicem Neerlandice reddidit, et ad Ludovicum Comitem Amstelodamum versus per Regnerum Kantium remisit.

Fortasse Schoonhoviaie contigit, ut in Coornhertium primum oculos, perspicacissimos illos, conjiceret Arausiacus. Regis loco cum esset in Hollandia et Zeelandia primis m. Novembris diebus Ordines harum provinciarum illuc convocavit, quibus Gubernatricis nomine significaret, „singulis curandum esse, ne conciones sacrae intra urbes ullas earum provinciarum haberentur“ ³⁸. Requirens aliquem, qui ipsum in difficillima hac parte adjuvaret, virum invenit virtutibus, consilio, prudentia, excelsiori supra seculum animo sibi similem, Harlemensium Decurionum Scribam, Coornhertium.

Non mirum itaque, si ab illo inde tempore perpetua inter utrumque virum necessitudo intercessit, quam Arausiacus ita adhibuit, ut Coornhertii opera uteretur

38) Bor. 1. 1. fol. 105.

ad complura scripta politica minora edenda³⁹. Primum Schoonhoviaei ei mandatum est, ut ad „novae religionis asseclas Amstelodamenses“ Principis, regis locum tenentis, nomine scriberet, ne intra urbem aedem struerent, sed extra urbem⁴⁰. Coornhertius ad hanc rem procurandam, si quis alius, erat idoneus. Ambo fratres Franciscus et Clemens cum Regnero Kantio, Laurentio Jacobi filio Reaal et Martino Kostero erant de nobilissimis reformatis Amstelodamensibus; qui quamvis mense Septembri, Decurionum rogatu, plebeculae furcentis violentiae in expilando Fratrum Minorum conventu sese opposuissent⁴¹, jam dudum tamen palam nec dissimulanter fidem suam orationibus sacris audiendis et signandis libellis ad ma-

39) Si notae marginali biographi ante Opera Collecta confidere licet, Coornhertii opera Arausiaco praestita jam 1^o die m. Decembris ejusdem anni incipit: „P. Bor lib. 4 fol. 182“ — ibi legimus — „meent dat Prins Wilm I Dec. An. 1566 d' eerfte getchrift in syn leger nytgaf: *Waerschouw aen de inghesetene deser Nederlanden. Pro lege rege et grege*, dat Bor mondelingh verelaert te weten Coornhert ingheftelt heeft.“ l. l. fol. 2 adv. Eodem loco litterae Coornhertii prodantur, in quibus de actis suis cum Principe per exsilium suam ab. a. 1570—72 loquitur. Testatur quoque annotatio V. D. GROEN VAN PRINSTEREN (*Archives*, eett. Tom. I. p. 140.) „Le Prince écrivit en décembre (1567) de Siegen une lettre avec l'adresse suivante: „Eerfaemen, befunderen, mijnen lieven heminden N. Volekart Secr. de Stede van Haerlem en ter tijdt tot Emmeryek.“

40) WAGENAAR. l. l. Tom. I. P. II. f. 291.

41) Ibidem. fol. 286, 287.

gistratum supplicibus professi erant. Coornhertio rem male cessisse, non opus est commemorare, quum constet, ipsius tantum Principis interventu cum reformatis Amstelodamensibus negotium nonnihil saltem fuisse transactum ⁴².

Fortasse nimis benigna sit sententia, de qua Coornhertius, propter Neerlandicam conversionem ⁴³ libelli supplicis mercatorum Antverpiensium ⁴⁴, „prima acta libertatis nostrae litteris consignasse“ dicatur, ipsa tamen res cum animi eius sententia ita prorsus conveniebat, ut eum interpretis partes ⁴⁵ lubentissime suscepisse recte sta-

42) WAGENAAR, cod. l. fol. 292, 293.

43) Quam probabiliter operi suo inseruit BOR, Lib. III. f. 122—124.

44) Vid. BRANDT. l. l. p. 393—398; J. VAN VLOTEN, *Nederlands opstand tegen Sp.* 1564—1567. p. 113—116; M. L. VAN DEVENTER *Het jaar 1566*, p. 45—47; R. FRUIN, *Het voorspel van den 8ⁿ oorlog. Gids.* 1860. p. 410—411.

45) „Het mag niet onopgemerkt blijven“ — notat vir praestantissimus M. L. VAN DEVENTER in opere: *Het Jaar 1566* cett. (Hag. Com. 1856). p. 47: — „dat degeen, die het verzoekschrift in het Nederlandsch stelde de beroemde Dirk Volkertszoon Coornhert was, en alzoo hij en Marnix van St. Aldegonde, de stichters onzer letterkunde, ook hunne pen wijdden aan de eerste oorkonden onzer onafhankelijkheid.“ Quamquam libellum supplicem ex animo probaverit Coornhertius, egit tamen modo interpretem. Quodsi omnis haec res, judice BAKHUIZENO v. D. BRINK, (in diario *de Gids*, An. 1845 P. VI. b. 431, seqq.) non fuit de gravissimis rebus politicis illius anni, nonnihil fortasse de illa laude delibandum est.

tuas. Mercatorum Antverpiensium principes Gallice libellum scripserant supplicem, in quo pro concedenda sibi libertate religionis tricenis centena millia aureorum Regi offerebant, bona fide ⁴⁶, subscribentibus quoque Ludovico Nassavio et Brederodio, utroque ad decem aureorum millia, sed aegerrime tulit Domina Parmensis. Nihil tamen inerat in eo libello, quod Scriba Decurionum Harlemensium, sine ulla a proposita agendi norma declinatione Neerlandice non convertere posset.

Sequenti praeterea anno 1567 Magistratus Harlemensis eius opera semel usus est. Mense enim Aprili Amstelodamum de consiliis contra copias Brederodianas ineundis missus est. Id ipsum causam attulit, quae eum ad periculum effugiendum, patriamque relinquendam impelleret. Per Harderovicum et Daventriam Coloniam profectus est. Inde rursus Daventriam, domumque venit amici Decurionis Henderici van Marekel, ubi uxorem suam ex Harlemo expectaret. Interim mutatis rebus, quum Brederodiani milites Harlemum et tractum illum

46) „Men doe hierin den geest der natie regt, bij welke toen, zoo als later, ten gevolge van den eigenaardigen gang harer ontwikkeling, de begrippen van vermogen en regt zich in geldswaarde verstoffelijkten. Waarom zouden wij dit veroordeelen, zoolang niet het geld den man, maar de man het geld beheerscht.“ Cl. BAKHUIZEN v. D. BRINK. I. I. p. 432.

reliquissent, huc reversus est, amicisque rogantibus mansit munus suum pristinum recipiens.

Haecenus Brevis Narratio.

Quamquam mansit, et, propter officia subditi, civis et magistratus fideliter praestita, manere poterat, tamen periculum non sine ratione eum fugisse, docuit exitus. Cum Arausiaco enim regem inexorabilem fore perspiciebat. Rationes quae ipsum inter et Brederodium — pro quo apologiam quoque ad Gubernatricem scripserat —⁴⁷ intercesserant, rebellionis suspicionem in eum movere poterant. Et paene non dubito, quin Germaniam repetivisset, si omnium rerum inops, succurrente tantum acu sculptoria, ibi cum uxore parce vivere potuisset.

Eodem mense Septembri anni 1567, quo Bruxellis Egmondano Comiti ensis fuit ademptus, die 14, nocte appetente, hora decima puer januam pulsavit Coornhertianae domus Harlemi in via Sti Johannis, ut ad praectorem (Schout) ipsum deduceret. Utrumque hoc factum, quamquam specie dispar, ex eodem plane fonte manabat. Agere inceperat Consilium Tumultibus Comprimendis.

Postquam surrexit, ut in Apologia sua refert, Coornhertius, qui de more suo iam decubuerat, ad

47) Ut tradit Brev. Narratio.

Praetorem venit, qui eum Bossuvii, novi Praefecti (Stadhouder) nomine captum, „vinctum, catenatum-que instar hominis scelerati“ Hagas Comitum abduxit et in carcerem inclusit; in quo tamdiu retentus est, ut uxor, Bruxellensibus rumoribus perturbata, paene ad desperationem adduceretur.⁴⁸ Insperanti tamen apologia, quam Brevis Narrationis titulo scripserat, pro parte saltem libertatem reddidit. Die enim 22 m. Decembris, quam quatuordecim hebdomadam custodia valetudini eius nocuisset, omnis Haga ei carceris loco concessa est. Multum praeterea apud Consilium Tumultibus Comprimentis valere et magistratus orthodoxi Harlemensis et sororum piarum Ceciliensium grata testimonia. Postea vero commonefactus de rescripto Bruxellensi, ex quo iterum in carcerem conjiciendus esset, secreto (deducente Nobilissimo V. Arto Brederodio) Harlemum, et inde peregre profectus est sponte exsul.⁴⁹

48) „In 's Graven-Haghe (werd) hy langhen tijdt in soedanighen ghevaerlijckheydt des levens ghevanckelijck ghehouden, dat syn huysvrouwe van syn uylcomfte wanhopende in de huysen, daer de pestte was de arme luyden ginck dienen in haer zicckte, op hoope van de pestte te erijghen ende by haer man comende ghesamentlijck daervan te sterven.“ *Het leven van D. V. C.* 1. 1. fol. 2. adv.

49) Ipse de hac re ita ecclinit in poëmate, quod uxori dedicavit:

„Montrens hielden langh ghebonden

't Ghetrouwe vrouwkens man, zy droeght gheduldelyck.

IV.

COORNHERTII EXSULANTIS ET DOMUM
REDUCIS FATA.

Quum primo sponte exsularetur Coornhertius, annum agebat vitae suae sextum et quadragesimum. Agendi nunc insuper ipsi erant anni viginti duo, negotiorum et controversiarum pleni. Non est huius loci, neque suscepti fert ratio, singula tradere explanate. Scriptorem tantum spectamus Artis Bene Vivendi; summa tantum et gravissima capita vitae sollicitae viri multis variisque animi dotibus insignis percurrimus, ad opus illud ethicum properantes.

Prima exsilii periodus est inde a verno tempore anni 1568 usque ad aestatem mediam anni 1572.⁵⁰ Ad rem familiarem sustentandam acus sculptoriae ope usus est, tam Coloniae et Xanthi, quam alibi. Illo tempore

In hem wert quaad noch schuld bevonden.
Maer ghetrouwe diensten menighvaldelick.
't Schrift zijder handen, zocht vrij van banden
Rechtvaerdigheyt, die was ghevlucht met leyd,
Dies zocht hy haer in ander Heeren landen."

Liedt-Boeck. Op. Tom. 1. fol. 504.

50) Vid. epistola quam prodit auctor biographiae eius in: *Het Leven van D. V. C.* l. 1. fol. 2.

discipulum habuit Henricum Goltzium, praeclarissimum artificem.⁵¹ Mense Decembri anni 1570 Emdam cum Arausiaci principis mandatis ad magistratum profectus est.⁵² Invitante eodem Principe mense Julio a. 1572 in patriam rediit. Statim honoratissimum munus ei obtigit, ut esset Praepotentibus Dominis Ordinibus Hollandiae a litteris. Mox ei mandatum est, ut in vexationes centurionum Lumocyanorum, in agris adhibitas, inquireret. Quo facto hi cum, qui cultus libertatem Romano-Catholicis, Dordraci promissam, vindicare vellet, tanquam Papistam proscriserunt. Tum rursus patriam relinquere et Xanthum fugere coactus est.

Altera exsilio periedus est inter autumnum a. 1572 et vernum tempus a. 1577. Singulare hoc est, quod Coornhertii nomen ex universa amnestia d. 6 Junii 1574 exemit Requesens. Itaque in neutra amplius parte locum sibi relictum esse vidit. Quod ei, tandem post Pacificationem Gandavensem reverso, planissime apparuit. Nota erant eius de tolerantia principia. Verbum, quod ei Harlemi exciderat unum, ansam dedit acerrimo litterarum commercio cum Delphensibus

51) CAREL VAN MANDER: *Leven der Oude Antijcke doortuchtige Schilders.* (Alem. 1603) p. 252.

52) Vid. BOR. I. I. Lib. v. p. 101, 132. BRANDT I. I. p. 317.

Ministris Arentio Cornelissen et Regnero Donteclock, quod mox publicam peperit disputationem, die 14 m. Aprilis a. 1578 Leidæ, praesentibus Delegatis e Praepotentibus Dominis, inceptam. Legatur ipsius Coornhertii: *Waerachtig Verhael van de Leydtsche Disputatie* tertio tomo Operum, 53.

Res eo deducta est ut Ministri, Delegatorum auctoritate abutentes, Coornhertio silentium imponerent. Praeterea aliquid de hac re typis mandare prohibitus est, 54 ita ut sequentis anni mense Novembri justissima cum indignatione scripserit: *Van den aengheheven dwangh in den Conscientien binnen Hollandt.*

Eodem anno 1579 pro magistratu Leidensi Justificationem scripsit contra V. D. M. Petrum Cornelissen et majorem Reformatae congregationis partem 55. Inde per annos 1580 et 1581 novae ortae sunt inter ministros Delphenses et Coornhertium disceptationes, quae novae colloctioni publicae ansam dederunt.

Notarii munus quum Harlemi recepisset, mense Majo a. 1581 pro civibus suis Romano-Catholicis libellum

53) Fol. 156—170.

54) BRANDT. l. l. p. 599.

55) Vid. H. C. ROGGE, *Caspar Jansz. Coolhaes*, eett. Tom I. p. 62, seqq.

supplicem ad Principem fecit, quo petebant cultus exercendi libertatem. Harlemum urbs interim a. 1577 Principis partibus se adjunxerat. Regnantes nunc Reformati cives oppressores veteres sua vice opprimebant. Arausiacus libellum illum supplicem Ordinibus tradidit, qui eam petitionem aegermetulerunt et imprimis Coornhertium magnopere vituperarunt ⁵⁶. Inquisitio de libello illo supplici quum institueretur, subscriptores celeriter omnes nomina sua obliteranda curarunt, Coornhertius vero candide et forti animo respondisse traditur ab Ampzingio ⁵⁷. Quo facto libelli supplicis minuta, quae vocantur, coram Delegatis ad hanc rem discindere jussus est. In quo res constitit ⁵⁸.

Multis jam Reformatis suspectus, omnibus fere partibus exosus, a paucis tantum, iisque egregiis, viris magni habitus, nunc in eo fuit, ut apud Ordines etiam Praepotentes male audiret; nisi tam praeclara, vere anni 1582, fuisset eius opera in magno periculo a nascente Foederatarum Provinciarum republica declinando, ut paucos saltem annos sileret odium ecclesiasticum. Enkhusanos cives misso clam legato cum „ litteris glo-

56) SAMUEL AMPZING. l. l. p. 476.

57) L. l. p. 480, 401, 452.

58) „Ende is (het) daerby voords gebleven.“ AMPZING cod. l.

riosis⁵⁹, gratiam promittentibus, sollicitare conabatur Philippus rex; eaque res multis haud displicere videbatur. Quod quum ab amico quodam et familiari accepisset Coornhertius, statim per noctem Hagas Comitum profectus est; continuo res ad Ordinum conventum defertur, itaque Coornhertii eximio studio recens orta conspiratio restincta est.

Interim a. 1582 edita ab eo: *Proeve van den Heydelberghschen Catechismo* novas lites ei movit. Arausiaci, amicum sexagenarium tutantis, suasu liber missus est ad Saraviam professorem Leidensem, qui de ea iudicaret. Rursus ad publicam disputationem, Hagis Comitum cum hoc et ministris Delphensibus habendam, descensum est. Magna cum solennitate, praesidibus Delegatis e Consilio supremo, Tribunali summo atque ex Ordinibus, habita est publica colloquutio, inde a die 27 m. Octobris usque ad d. 3 Novembris; iterata d. 28 huius mensis, sed non ad finem perducta. Legatur eius *„Disputatie over den Catechismus van Heydelbergh, openbaerlijk voor den volcke ghehouden op 't Hof van 's Gravenhage in Hollandt. Anno 1583 „ eo.*

59) „Met pronkende Brieven.“ HOOPT, *Nederlandsche Historiën*. eelt. (Amstel. 1642) Lib. XIX. p. 812.

60) Oper. Tom. III. fol. 429—461.

Anno 1584 mense Majo ad instaurandam disceptationem publicam frustra Hagas migravit. Brevi post cum uxore gravius aegrotante Harlemum reversus est.⁶¹

Amisso acerbè Arausiaco, amissaque carissima conjugè, quietos tantum habuit annos 1585 et 1586; per quos Boethii Consolationem Philosophiac interpretatus est et, hortante suavissimo amico Henrico Laurentii f. Spieghelio, ethicas suas meditationes scienter et certa quadam ratione exposuit Artis Bene Vivendi titulo. Tertium quoddam opus litterarium quiete absolvere ei non licuit. Locos communes, quos diuturna et cogitata Bibliorum lectione sibi notaverat, in unum quasi corpus colligere destinabat.⁶² Quum Harlemi in alienis negotiis

61) Vid. *Request van Dirck Volck Coornhert aan de H. H. Staten*, ante eius: *Haeghsche Disputatie*.

62) „Ick hadde“ — sic ipse testatur in *Naemselven D. V. C. tegen de ondaet tot Delft*, eett. Op. Tom. III. f. 284 — „by my menigte van aanteekeninghen van gemeene plaetsen, die men noemt *Loci communes*, in korte en de klare schickinghe gheftelt, zynde uyten Bible, alle dinghen met heuren ommestanden so naecktelic teffens voor ooghen toonende, dat fy velen (sonderlinghen Predicanten, so 't Latyn is) nut maer niemant schadelic souden mogen zyn, dan de misbruyekers van de Bibel selve, soo ooc veel andere diese gezien hebben, dochte. Nu lagen deselve in verscheyden boecken ende papieren so onschickelick erftrout als wsfende in verscheyden plaetsen buyten lants by my weten Bible aengetekent, dat ick my liet voortfaen dat qualick yemant na mijn overliden, die wel soude hebben konnen voegen in een were. Om dan sodanige mijne nutte ende langhe arbeyt (so ic nu by dertich jaren daer over hadde vergadert)

nimis delineretur, Delphos ad amicum Boomgaertium concedere statuit. Ibi vero habitabant Arentius Cornelissen et Regnerus Dontclock, qui a magistratu impetrarunt, ut anno 1587, et altera vice a. 1588 urbe illa prohiberetur. Tandem Gaudam se contulit, ubi edidit: „*Naemschern tegen de ondaet tot Delft aan hem betoont den 11 Octobris 1588.*“

Anno 1589 prodierant Justi Lipsii *Libri Sex Politicorum sive Civilis doctrinae*, in quibus legebatur locus omnium sermone celebratissimus, quo magistratum ad haereticos necandos incitabat.⁶³ Coornhertius quamquam

niet verloren te laten gaen, by aldien ick voor desselfs vergaderinghe quame te sterven, wert ick van ernstelick voornemen het cleyn overblijffel mijne oude dagen gantselije int vergaderen derselver, te besteden. Maer, want ick tot Haerlem dagelijck, so seere verontledight werde met vredemakerien (tanquam Notarius) dat ick daer blyvende geen hope en sagh, om myn voorgenomen were voorz by myn leven te mogen voleynden: nam ick in December laetstleden (1587) voor my selve ut die moeyten te ontstellen, ende een jaer lang my in stilheyt te onthouden tot Delft, by myne vrient C. A. Boomgaerdt.“

63) „Publice peccare dico, Qui et ipsi male de Deo Receptisque facris sentiant, et alios ad sentiendum impellunt. Privatim Qui pariter male sentiant, sed sibi. De primis primo quaeritur, an talibus esse debent impune? Nego. Maxime si turbant. „ „Melius enim est, ut pereat unus quam ut pereat veritas.“ „ Augustus. „ „ Violatarum religionum aliubi atque aliubi diversa poena est, sed ubique aliqua.“ „ (Seneca). „ „ Clementiae non hic est locus? Vre, fecca, ut membrorum potius aliquod quam totum corpus intereat.“ „ (Cicero). „ Lipsius. *Politicorum sive Civilis doctrinae libri sex.* (Lugd. Bat. Plant. 4^o). Lib. IV. S. III. p. 108, 109.

annos iam natus sexaginta octo, se ad certamen cum haereticorum illo persecutore acerrimo accinxit. Quem vero, ad finem perducto tertio de hac re scripto mense Octobri a. 1590, finire laborem omnem jussit corporis infirmitas et debilitas. Denique die 29 ejusdem mensis spiritum Deo reddidit animo non invito, tranquillo.⁶⁴ In ecclesia Gaudana sepultus est.

Reliqua persequimur in libro nostra lingua scripto, qui prodit per haec tempora hoc titulo: *Dirck Volckertsen Coornhert en zijne Wellevenskunst: Historisch-Ethische Studie.*

64) Vid. *Het leven van D. V. C.* l. 1. fol. 6.

THESES.

I.

Coornhertius in eo quam maxime est laudandus,
quod strenue sui seculi intolerantiae se opposuit.

II.

Summo iure Coornhertius Remonstrantium πρόδρομος
habendus est.

III.

Primus recentiore quadam lingua Europaea Coorn-
hertius ornavit genus ethnicum.

IV.

Opus Coornhertii, cui titulus: *Wellevens-kunste*, et quod sine anno editum est, conscriptum mihi videtur anno MDLXXXVI, atque primo editum anno MDLXXXVII.

V.

Psalmo VIII. s. 6. vox אֱלֹהִים haud est vertenda per ἀγγέλους.

VI.

Quaenam sit vera significatio formulae γλώσσαις λαλεῖν I. Corinth. Cap. 12—14., ipse Paulus hoc loco abunde significavit.

VII.

Christum sibi vindicasse auctoritatem vere divinam, i. e. auctoritatem αὐτῆς τῆς ἀληθείας, egregie intelligitur ex Matthaei, Cap. VII : 28, 29.

VIII.

Erasmus minus quidem *πρόδρομος* sed potius *κέρυξ* Reformationis est vocandus.

IX.

Reformatorum primum consilium in eo cernitur, quod *παλιγγενεσίαν* ecclesiae apostolicae, recentioris aevi conditioni accommodatam, spectarunt.

X.

Non duplici forma sed triplici patefactio divina intelligenda: universali, singulari atque individuali.

XI.

Vocabula Determinismi et Indeterminismi, quibus utuntur viri docti ad denominandam diversam cogitandi rationem de morali hominis libertate, nequaquam sunt admittenda.

XII.

Libri de *Imitatione Jesu Christi* falso tribuitur
Thomae à Kempis.

XIII.

Haud facio cum Cl. VINET (*Moralistes des seizième
et dix-septième siècles*, Par. 1859. p. 97) : „La pre-
mière tendance de Montaigne est vers la volupté.
Il dit nettement, que la volupté est le but de la
vertu.“

XIV.

In publico cultu sacro Ecclesiarum Reformatarum,
imprimis majorum urbium Neerlandicarum, nonnulla
desiderantur, quae ad piam animi aedificationem non-
nihil afferre posse videantur.



AAN MIJNEN VRIEND

J. TEN BRINK,

BIJ ZIJNE BEVORDERING TOT DOCTOR IN
DE GODGELEERDHEID.

Zal ik u, mijn waarde vriend, met loftuitingen overladen, omdat gij met zelden geëvenaarden ijver, in betrekkelijk zoo korten tijd, een werk hebt trachten te voltooijen, dat u tot het gewenschte doel zou leiden en tevens Letterkunde en Zedeleer van nut kon wezen? Maar ik weet het, dat gij die loftuitingen niet begeert. Gij verlangt de taal van het hart te hooren.

En aan wien zou ik liever een woord van vriendschap toewijden dan aan u, met wien ik in den afgelopen winter zoo menigen avond heb doorgebracht, waarin wij elkander iets van onze wederzijdsche of gemeenschappelijke studiën mededeelden en tot klaarheid trachtten te brengen, wat ons tot nog toe duister was! Veel heb ik in die gesprekken van u geleerd. Wij bemerkten, dat wij langs verschillende wegen dikwijls tot hetzelfde resultaat waren gekomen, en onze denkbeelden omtrent de hooge roeping

en de hoogste belangen van den mensch waren, in de hoofdzaak, dezelfde.

Die aangename uren zullen, vooreerst althans, niet terugkeeren. Gij gaat het land uwer geboorte verlaten en ziet reeds uwe betrekking in een ander werelddeel te gemoet. Uwe bloedverwanten en allen, die u hebben leeren kennen en hoogachten, hadden u hier zoo gaarne wenschen te behouden. Maar verschillende omstandigheden hebben u het aanbod, dat u gedaan werd, doen aannemen. — Toch zullen er banden zijn, die u aan het moederland verbonden houden. Kunsten en wetenschappen kennen geen vaderland, en vriendschap is aan tijd noch plaats gebonden.

Ééne zaak hebt ge in u bewezen, nl. dat het streven naar een maatschappelijk doel volkomen vereenigbaar is met echt vrije en vooral wijsgeerige studie. Gij bestudeert onze schrijvers der 16de en 17de eeuw in verband tot hunnen tijd en in hunne eigenaardigheid. Om hen te juister te beoordeelen, getroost gij u de moeite, van onderscheidene kunsten in haren ontwikkelingsgang en in de groote mannen, die zij opgeleverd hebben, na te gaan, en vooral op dezen weg hebben wij elkaër zoo menigmaal ontmoet. Die studiën, ik weet het, zult gij niet laten varen. De grondslagen zijn te schoon gelegd, dan dat gij er niet verder op zoudt voortbouwen. Ook in dit opzigt zult gij aan het woord van Göthe gedachtig zijn:
„Ursprünglich eignen Sinn lass dir nicht rauben.“

UTRECHT,
4 Junij 1860.

J. J. VAN GEUNS.